generalia in vtroqз numero declinātur: qꝛ multe sunt species eris ⁊ metallorꝫ. Prout vero sunt specialia declinant in singulari tm̄: vt aurū ⁊ ferū. Cōplexiua vero que declinātur in plurali numero tātū: magis habēt se ad multitudinē. ⁊ inde pcessit ratio qꝫ tātum pluraliter declinātur: vt nuptie. Nā lꝫ nuptie possint esse vnū cōnubiū: duo tn̄ exigunt ad esse nuptiarꝫ. s. masculus ⁊ femina. Silr nō est de armatis: lꝫ habeat vnū gladiū. Et kalende none idus rationem sue pluralitatis habēt: qm̄ in principio multi vocabātur ad audiēdū denūciationem kalēdarꝫ. Nōne sunt principia nundinarꝫ que multitudinē mercium ⁊ psonarꝫ requirunt. Idus aūt nundinarꝫ diuisiones vbi silr rerū pluralitas ⁊ psonarꝫ est necessaria. Scale sine multitudine graduum vel duorꝫ equalitate lignorꝫ nō fiunt. Tenebre priuationem luminis duorꝫ oculorꝫ importāt: vel habēt respectuꝫ ad puationē lucis illustrātis ⁊ rei que illustrat. Noia festorum que apud antiquos fere oia tantū in plurali numero rōnabiliter declināt: vel letanie aruꝫ: azima motum: encenia enceniorum: qꝛ multa requiruntur ad celebrandum festa vel qꝛ nō tm̄ vno die: sed pluribus digniora festa celebrabātur. Festa tn̄ plura que nos colimus nr̄o tēpore sūt singularia vt natiuitas: epiphanie: pasca: pēthecoste: quia vnus deus vna fides vnū baptisma vnitate magis q̄ʒ pluralitate letātur: silr noia librorꝫ sepe tātū pluraliter declinātur: vt isagoge: decretales: decreta: topica: rhetorica: analetica: tegni ⁊ pantegni: q̄uis ista duo sint indeclinabilia: qꝛ q̄uis liber sit vnū in formitate materie: in distinctionibus tn̄ ⁊ sentētiarū varietatibus hꝫ in se multitudineꝫ: ⁊ sic de oībus cōplexiuis pōt rō assignari q̄re tantum sint singularia: vel tm̄ pluralia. Nūc de eisdē quedā dubitabilia subiungamus: Querit̄ q̄ an possit congrue dici vinum sūt: vel aurū sunt: sicut dicimus populus sunt: ita qꝫ fiat suppositio pro vino qđ est multa: vel pro auro qđ est multa. Ita videt̄: qꝛ nō est magis rō de populo q̄ʒ de vino. imo ē magis ratio de vino q̄ʒ de populo: qꝛ in populo nō est ambiguitas quin semp veniat collectiue: sed in vino est ambiguitas verū supponat pro vino qđ est vnū: an p vino qđ est plura. ergo sicut epichenū cā remouēdi ambiguitatem qn̄qꝫ recipit adiectiuum alterius generis: vt alba anser: sic nomē cōplexiuū pōt recipere verbū pluralis numeri causa ostendēdi qđ supponat pro pluribus. ⁊ sm̄ hoc bene dicit̄ Vinū bibunt̄: aurū donant̄. Econtrario fiet in cōplexiuis pluralibus: vt nuptie celebrant̄ pro vno cōnubio: ⁊ arma gerūtur pro vno gladio. Sic eni loqtur btūs Grego. Mulier est vetus arma diaboli. qꝛ vt ostēderet se loqui de armis que erāt vnū. dicit vetus ⁊ nō vetera. Si qs aūt dicat qꝫ alia rō est de vino q̄ʒ de populo: qꝛ vinū nō hꝫ discretionē partiū sicut populus. Quid ergo de frumēto ⁊ de pipere dicet̄ vbi partes etiam discrete sunt sicut in populo Secundū hoc enim cōgrue dicet̄ Frumentū mensurant̄: ⁊ piper vēdunt̄: sicut pars i frusta secāt Ad pdicta dico qꝫ nulla cōplexiua pnt supponere vbo alterius numeri q̄ʒ ipa sint vnde ita male dicit̄ oib⁹ modis: vinū sunt vel frumētū sūt sicut male dicit̄ hō sunt. ⁊ sm̄ h̄ nihil ē dictū Arma gerit̄. Nā eni cōplexiuorꝫ multū differt a collectiuis: qꝛ cōplexiua singularis numeri hnt vim magis vnitiuā vt dixi: rōne mensure: vt vinū. vel pensionis vt aurū: vl̄ rōne cōmixtionis vt puluis. In mēsuratis aūt ⁊ pensis discreta q̄ntitas ⁊ ꝯtinua equipollet: qꝛ ex vno vino pnt effici multa vina ⁊ ex mltis vinis vnū vinū. Silr ex vno auro pnt effici mlta: et ecōuerso. In talibus eni confundit̄ discreta quantitas ⁊ cōtinua. vn̄ videm⁹ qꝫ alicui taliter interrogāti Quātū dedisti: possum⁹ rndere Vnā marcā: vel viginti solidos: ⁊ sic in pensis vel mēsuratis discreta ⁊ ꝯtinua quātitas equipollent: sed ꝯtinua sunt magis nālia q̄ʒ discreta: qꝛ ꝯtinua quātitas est a nā: discreta vero magis a rōne. Sꝫ rō nā posterior est: qm̄ rō imitat̄ eā. ergo q̄cunqꝫ cōplexiua singularis numeri que se hnt ad pēsum vel ad mēsurā: magis habent se ad vnitatē q̄ʒ ad multitudinē rōne quātitatis cōtinue que vere ē vna. In collectiuis aūt nō sic: qꝛ vnitas in eis non aufert multitudinē actualē: ⁊ sic patet qꝫ male dicitur Vinū sunt: frumētū sunt: etiā si fiat suppositio p multis: qꝛ vnitas mensure vel pensi in oībus talibus prenominatur: ⁊ ita nō est obiectio de pipe vel frumēto q̄uis i eis sint partes discrete. Quidā vero dicunt hoc accidere pp̄ter naturā homogeneorꝫ qꝛ quelibet pars frumēti frumētum est: ⁊ q̄libet pars pipis pip est: ⁊ q̄libet pars vini vinum est Hoc aūt nō contingit in pplo: ⁊ sic maior cōueniētia ⁊ maior vnitas fuit in homogeneis. vn̄ dicēdū est Vinū bibit ⁊ nō vinū bibunt̄. Sed dicim⁹ qꝫ nō est ita: qꝛ videmus qꝫ aceruus lapidū habet in se naturā homogeneorꝫ: cum quelibet pars lapidis sit lapis: ⁊ tn̄ aceruus dictus de lapidib⁹ collectiue pōt venire sicut pplꝯ: ⁊ sic homogenesis nō fuit causa illius singularitatis. De pmixtis ⁊ ꝯfusis dicimus sicut de his q̄ p naturā densa sunt vel cōfusa: vt est puluis lutū cenum: qꝛ in talib⁹ ꝯfusio densitati equipollet: ⁊ sic habent singularitatē quā verbū plurale nō recipit. De cōplexiuis autem pluralis numeri dico qꝫ magis habēt se ad multitudinē vt supra dictū est. vn̄ nullo modo pnt supponere verbo singularis numeri. De beato aūt Greg. dico qꝫ vsus est auctoritate sua: ⁊ figuratiue locut⁹ est: in ore autē rudis eēt solecism⁹ vel vitiuꝫ aliud. Exēplū aūt qđ introducit de epicheno aliter se habet: qꝛ in genere est cōitas: in numero aūt nō. habet enim se epichenū ad masculum ⁊ femellā: sed cōplexiuū nō habet se ad singularitatē ⁊ pluralitatē in eadem voce: q̄uis supponat pro vno ⁊ pro multis. An vero sit dicēdū Nuptiarꝫ alie sunt bone: alie male: vel nuptiarꝫ: alia bona: alia mala: cū aget̄ de suplatiuo dicam.

De patronomicis nominibus.

Patronomicū nomē est illud vt dicit pris. l. ij. maioris: qꝛ a proprijs tantummodo deriuat̄ patrum nominibus sm̄ formā grecā: qđ significat cū gēitiuo pmitiui filios vel nepotes: vt eacides eaci filius vel nepos. Patronomicorꝫ q̄dā sunt mas. ge. q̄dā fe. ge. Masculinorum tres sunt forme apud grecos. s. in on: vt pelion. in adios: vt epiradios: ⁊ in es vt priamides. ⁊ hac forma tm̄ vtunt̄ latini. De ac ergo forma sciēdum est qꝫ patronomicorꝫ masculinorꝫ q̄dā veniūt a noīb⁹ prime: q̄dā a noīb⁹ secunde: q̄dā a noīb⁹ tertie declinationis. Que veniūt a noībus prime formant̄ a genitiuo ae diphthongo in a mutata: ⁊ addita des vt eneas enee eneades. Que veniūt a noīb⁹ secūde formātur a genitiuo hoc modo. Si gtīs desinit in i tm̄ assumunt des: vt priam⁹ priami p̄amides. Si vero genitiu⁹ desinit i duo ij. vltima mutat̄ in a ⁊ addit̄ des: vt virgiliades. Si autē genitiu⁹ desinit in ei: ei mutat̄ in i longū ⁊ addit̄ des: vt theseus thesei: ei mutata in i ⁊ addita des fit thesides Que autem veniūt a noīb⁹ tertie formant̄ a gtō interposita de syllaba: vt nestor nestoris: interposita de fit nestorides Et est sciēdū qꝫ oia patronomica masculina sunt p̄me declinatiōis: ⁊ sic declinant̄. Noiatiuo h̄ priamides: genitiuo huius p̄amide: datiuo huic p̄amide: accusatiuo hūc priamidē vel p̄amidā: vtiō o p̄amide vel des vel p̄amida: ablatiuo ab hoc p̄amide vel p̄amida. Et pluralr nominatiuo hi p̄amide gtīo horꝫ p̄amidarū vel priamidū: dtīo his priamidis: accusatiuo hos priamidas vel des: vtiō o priamide: ablō ab his p̄amidis. Patronomicorꝫ femininorꝫ similiter tres sunt forme. p̄ma in as. scđa i is. tertia in e. Patronomica feminina desinētia in as ⁊ in is formant̄ a masculinis subtracta de: vt ab eneades subtracta de fit eneas: ⁊ a priamides remota de fit priamis. Sciēdum tn̄ est qꝫ patronomica feminina q̄ veniunt a masculinis habētib⁹ i lōgā pro i ⁊ e breuib⁹ nō formant̄ ab eis: sed ab eorꝫ integris: vt pelleis ⁊ eneis: ⁊ nō formant̄ a pellides ⁊ enides: sꝫ a pellides ⁊ eneides. Patronomicis autē femininis desinētibus in e nō vtimur: vt verine arastine: qꝛ sunt apud grecos lingue indis: ⁊ iō de ipsorꝫ formatione nō curamus ad p̄sens. Alia vero sunt tertie declinatiōis apud latinos: ⁊ declinā- 16

tur sic. Nto͂ hic priamis: gto͂ huius priamidis vel priamidos gto͂ huic p̉amidi: acto͂ hāc p̉amidē vl̄ da: vto͂ o p̉amis vel mi: ablto͂ ab hac p̉amide. Et plural'r Nto͂ he p̉amides gto͂ harū p̉amidū: dto͂ his p̉amidib⁹: acto͂ has p̉amides vel das: vto͂ o o priamides: ablto͂ ab his priamidibus. Desinētia vo in as eodē mō declināt̄ur: vocatiuū tn̄ singularē faciūt i a si oportet. Vn̄ Oui. Pone metū bachi gnosia vxor eris. Notādū est hic ꝙ ꝗtuor modis fit abusio i patronomicis. s. origine: significatione: formatione ⁊ tpe. Origine qn̄ oriunt̄ a ꝓpriis noībus matrū: vnde dicit Pris. i. ij. maio. Scire aūt debemus abusiue etiā a matribus: ⁊ ab auis maternis: ⁊ a regibus siue cōditoribus: ⁊ a fratribus ēt patronimica solere formari: vt latonides latone fili⁹. i. appollo: ⁊ iliades ilie fili⁹. i. romulus. Significatione: qn̄ significat filios vel nepotes: vt romulide. i. romani ⁊ cicropide. i. athenieñses. Formatiōe qn̄ nō superat suū primitiuū vna syllaba: vt scipiodes. vel quādo supat plus vna syllaba vt athlātiades. Tpe qn̄ nō hn̄t penul. cor. vt cotrides lagides belides: que cōtra regulam penul. acuūt vel ꝓducūt apud poetas. Scire ēt debes ꝙ hmōi denominatiua desinētia i tes: vt thecuites amanites sunt mas. ge. tn̄ ⁊ declinant̄ ad modū patronomicoꝝ masculinoꝝ. vn̄ pꝫ ꝙ errāt illi qui dicunt achinoen iezraelites pro iezraelitis. i. Re. xxvij. a. Et mulier thecuites pro thecuitis. Regum. xiiij. a. Et naaman amanites pro amanitis. Regum. xiiij g. Et declinantur huiusmodi denominatiua in tis ad modū patronomicorum femininoꝝ in is desinētium: vt hec iezraelitis iezraelitidis: hec moabitis moabitidis: hec amonitis hui⁹ amonitidis. Denominatiua vero terminata i ta sunt cōis ge. vt iezraelita hierosolymita: bethleemita.

¶ De possessiuis.

p ~~P~~Ossessiuū nomē ē illud vt dic̄ Pris. in. ij. maio. qd̄ cū gto͂ sui p̉mitiui sig̃t aliq̄d ex his que possident̄ vt euādri⁹ ensis pro euādri ensis: regius honor ꝓ regis honor. Hoc aūt iterest iter possessiua ⁊ patronomica: qꝛ patronomica filios vel nepotes sig̃nt. Possessiua aūt nō solū filios sed oia que p̄nt eē in possessione: ⁊ patronomica a ꝓpriis tātū modo deriuant̄. Possessiua aūt etiā ab appellatiuis. ⁊ patronomica a masculino descēdūt plerūq; genere: rarissime aūt a feminino: nec ꝓprie qn̄ a matribus fiunt. Possessiua aūt ab oībus nascūtur gn̄ibus: ⁊ ꝙ patronomica ad hoīes pertinēt vel ad deos: possessiua vero ad oēs res. Fiūt aūt possessiua vel a noībus: vt a cesar cesareus: vel a verbis. vt ab opto optariu⁹ vel ab aduerbiis: vt ab extra extraneus ⁊ vel mobilia sunt: vt martius tia tiū. vel fixa vt sacrariū: donariū armariū. Possessiua aūt dicim⁹ nō solū possessionē significātia: sed ēt q̄ formā hn̄t possessiuoꝝ. Sunt enī q̄dā gētilia similem possessiuis hn̄tia formā: vt roman⁹ ciuis a romanus ager. Quedā aūt ⁊ ꝓpria eadē ⁊ gētilia ⁊ possessiua: vt latinus filius fauni: ⁊ latin⁹ ciuis: ⁊ latin⁹ ager. Alia tn̄mō ꝓpria forme possessiue: vt q̄ntilian⁹ iulianus: Alia loca p̄onomicoꝝ posita: vt emilianus scipio: ⁊ octauianus cesar. Et eadē forma agnomina quoq; multa inuenies: vt aphricanus: persic⁹: getulic⁹: creticus. Alia aūt sunt eiusdē deriuatiōis q̄ ex materia p̉ncipaliū ꝯstare vidētur: vt ferreus a ferro factus. Sil'r aureus argēteus marmore⁹ alia ex morbis: vt cordiac⁹. alia a ꝓfessionibus vel officiis vt mathematicus: grāmaticus: rhetoric⁹. alia a disciplinis vt aristotilic⁹: socraticus. alia q̄ p̉mitiuoꝝ similem p̄nt hre significationē vt tracius ꝓ trax. De accētu possessiuoꝝ habentiū i ante nus vt bysinus: supra dixi in scd̄a parte de accētu vbi agit̄ de desinētibus in inus. Et scias ꝙ possessiua noīa ascēdentibus. i. supiorib⁹ nō solēt adiungi: vt hectoreus pr̄ nō dicim⁹: frater vo vel seru⁹ dicim⁹. Pronoīa vo supioribus etiā adiūgunt̄. vt me⁹ pr̄. Circa ꝯstructionē possessiuoꝝ ꝯsueuit dubitari: an possessiuum possit recipere adiectiuū ex parte possessoris siue gr̄a gti in eo intellecti: vt. s. ꝯgrue dicat̄ Filius socratic⁹ albi currit. Gtūs vero possessoris intelligit̄ in possessiuo in ol casu: Dico ꝙ sic.

hoc vult Pris. q̄ in p̉mo mino. talē latinitatē ponit Subiectiōes noīatiue fiunt appellatiuorū vel propriorum. Dic enī appellatiuoꝝ ⁊ ꝓpriorum tenent̄ adiectiue ac noīatiue rōne istius gti p̉mitiui. s. noīuꝫ in eo intellecti. ⁊ est sensus Subiectiones noīatiue. i. nominū dico appellatiuoruꝫ vel propriorū fiunt. In euāgelio etiaꝫ Luce dicit̄ Tuamipsi⁹ aiaꝫ ptrāsibit gladius. i. tuiipsius Itē q̄rit̄ qn̄ nomē ꝓpriū psone dignitatis vel officij reqrit determinari p ꝓpriuꝫ nomen loci vel patriū vel aliud possessiuū: q̄liter fit dōm. Ad hoc dico ꝙ si vis determinare origineꝫ debes ponere ablm̄ noīs loci cum p̉positione: vt Petrus de bononia: et Albertus iudex de florentia. Si autē vis notare possessionē tūc dignitas vel officium aut est tpale aut spūale. Si est tpale tūc debet poni genitiuus loci vel genitiuus pluralis possessionis: vt potestas bononie vel bononiēsiuꝫ: sil'r rex frācie vel francoruꝫ. Si aūt dignitas est spūalis: debet poni nomē patriū in ꝯformitate accidētium cū noīe dignitatis: vt archiepūs ianuēsis: archidiacōus florētin⁹: ⁊ raro vel nunq̄ꝫ florētie vel florētinoꝝ. ianue vel ianuensium.

¶ De possessiuis pronominū.

n ~~N~~Ota etiam ꝙ ista q̄tuor pronomina. meus tu⁹ noster ⁊ vester. licet diuersificent̄ in psonis ex parte possessoris: tn̄ ex pte possessiōis sunt tertie psone: ⁊ iō verbū possessionis siue antecedētis debet ꝯcordare secū in numero ⁊ persona sicut noīatiuus cū v̉bo. Verbū aūt hui⁹ relatiui qui variat̄ in persona ⁊ numero qn̄. s. vnus actus reddit̄ possessori: et alius possessioni: vt me⁹ filius q̄ lego disputat: tuus fili⁹ q̄ legis disputat: nr̄ filius q̄ legim⁹ disputat: vester filius qui legitis disputat. Qn̄ autē ambo v̉ba siue actus redduntur possessioni debēt tūc ambo verba eē tertie psone: vt meus filius q̄ legit disputat: tuus filius q̄ legit disputat: nr̄ filius q̄ legit disputat: vr̄ filius q̄ legit disputat. Scias insup ꝙ possessiuoꝝ quedam sunt possessiua voce ⁊ significatione: vt socraticus: quedam voce ⁊ nō significatiōe: vt extrane⁹ ⁊ optatiuus. quedam significatione sed nō voce: vt celestis Non est etiā ignorandum ꝙ forme possessiuoꝝ sunt quatuor: due sumpte a grecis: ⁊ due a latinis. a grecis in cus vt cipriacus: ⁊ in us puram: vt hectoreus. A latinis in nus vt romanus: vel in ius: vt catellinarius. Quorum formationes sunt varie ⁊ diuerse. De singulis videamus. Et p̉rimo de possessiuis desinentibus in cus.

¶ De desinentibus in cus.

p ~~P~~Ossessiua in cus desinētia si a primitiuis habeāt cpares habēt illis syllabas: vt itace itac⁹. Alia vero omnia a vel i ante cus hn̄tia siue fint a nominatiuo siue a gto͂ deriuata vna syllaba vincūt ea ex quib⁹ deriuant̄. Et si p̉mitiua illa habuerint i penl̄. h assumūt a an̄ cus: vt iliū iliac⁹. si o p̉mitiua habuerint: tūc h i hn̄t an̄ cus: vt dn̄s facit dn̄icus. Et sciēdū ꝙ nō solū a p̉mitiuis sꝫ ēt a deriuatiuis deriuant̄ huiuscemodi possessiua noīa: vt tros troic⁹: apher aphric⁹: grāmatos grāmaticus: italus italic⁹. nam italia italiacus debuit facere: ciprus cipriacus. nam ciprus facit cipricus cādia cādiac⁹. iliū iliac⁹: mulio mulionis mulionic⁹. predicta possessiua cor. penl̄. Vidimus de possessiuis desinentibus in cus. Videamus de desinentibus in us purā.

¶ De possessiuis. in us.

i ~~I~~N us puram desinunt possessiua tam greca q̄ꝫ latina: antecedēte e cor. ⁊ e ꝓduc. i cor. vel o ꝓducta vel ae vel oe diphthōgo. e breui. vt cesareus: vitreus: marmoreus. ⁊ fere oia ad materiā ptinentia e breuem ante us hn̄t vt plumbeus: argēteus. Inueniunt̄ aūt pauca sine e. vt a quercu quern⁹: a coluro colurnus: ab abiete abiegnus: itē oleagin⁹ fagin⁹. e vo lōgam: vt spōdeus plebeus. i breuē vt marti⁹. i. bellicosus. o ꝓducta: vt herous. ae diphthōgū: vt sabaeus: ptolemaeus. Hec aūt ae diphthongū hn̄t penul. q̄ a femininis in e lōgā apud grecos desinētib⁹: vel q̄ a v̉bis

grecis circunflexis deriuantur: vt crete cretaeus: ile iliacus dione dionaeus ptholeme ptholemaeus. de antecedēte: vt euboea euboeus. Et q̄ apud grecos in multis ei diphthongus inuenif ante os: scire debemus q̄ solent latini modo eaȝ in e longā ꝯuertere: vt spōdeios spōde⁹. Est aūt q̄ñ abiectiōe i: e correptaȝ ponūt ante us: vt hectore⁹: agenoreus in quo iones sequunf. more etiā ionico pro ei diphthongo e lōgam ponim⁹: vt achillei⁹ achilleus dicentes. Determinauimus de possessiuis desinētibus in us purā Determinemus de possessiuis desinentibus in nus.

¶ De desinentibus in nus.

Inus possessiuoꝝ desinentium forme ꝛ significationes diuerse iueniunf quibus latini frequēter vtunf in significatiōe possessiua: vt cesarianus. Inuenif aūt in q̄busdā a lōga ante nus: vt hispan⁹: cāpan⁹. I alijs e lōga: vt abiegn⁹: rubienus egenus. in alijs i lōga: vt carnetin⁹: vicinus: ꝛ feminin⁹. Inuenif etiaȝ i breuis g ant̄cedēte in his q̄ ab arboribus deriuanf: vt oleagin⁹. ꝛ i his q̄ ab aduerbijs nascunf tpalibus vt cras crastinus: horno hornotin⁹. diu diutin⁹. U quoq̄ lōga inuenif añ nus: vt tribunus. R etiā ꝛ l iueniunf ante nus: vt extern⁹: hestern⁹: hibern⁹: columnus: ficuln⁹: populnus. Plautus in cassia. Sȝ mone diū non istec aut populna sors aut abiegna ē tua. Conemur igif sicut possumus exponere rōnē penultimaꝝ in supradictis formis lr̄arū. In a desinētia antecedēte aliq̄ ꝯsonāte seu vocali ꝑducta eadeȝ a: ꝛ accepta nus faciūt deriuatiuū nisi sint mutoꝝ aīalium: vt silla sillanus: roma rōanus: nola nolāus. silua siluanus. Excipiunf iugurtinus: messalin⁹: terrenus: q̄ q̄uis a noib⁹ in a desinētibus ꝯsonāte añcedēte deriuenf non hūauerūt tñ a. De mustelino ꝛ aq̄lino paulopost tractabif. A pluralibus quoq̄ in ae diphthōgum desinētibus vel in a deriuata possessiua silr̄ a ꝑductā hn̄t añ nus vel na vł nū: vt thebae thebāus: cumae cumāus. signa aūt signanus mēbra membrana: qd̄ ē femininū. Pn̄t tñ h̄ duo ꝛ a singularib⁹ eē. s. a signū ꝛ mēbrū: qd̄ paulopost ondef. Silr̄ a hn̄t ante nus possessiua q̄ deriuanf a noibus i ius terminātibus. vel ab aduerbijs i e lōgā: vt pōpeius pōpeiāus: tullius tullianus v̄gilius v̄giliāus: salustius salustiāus: silr̄ a quottidie quotidiāus. a meridie meridiāus. hodie hodiern⁹ fac. Silr̄ hn̄t a lōgā añ nus ea q̄ deriuāf a noibus i cus vł in culus desinētibus q̄ sunt vltra duas syllabas: vt rusticus rusticāus: puhn⁹ puhnan⁹: tuscul⁹ tusculāus. Excipif masculinus deriuatū a mascul⁹ qd̄ ē d̄riuatū a mas maris. Nā dyssillaba i cus desinētia fine a sunt: vt mācus mācinus: lacus lacunar porcus porcinus. In um quoq̄ neutra ꝯsonāte antecedente i deriuatiuis a penl̄. lōgā hn̄t añ nus: vt opidū opidāus spoletū spoletāus: castellū castellāus: beneuētū beneuentanus. Silr̄ a habēt lōgā ante nus pleraq̄ venientia a nominibus tertie declinatiōis: vt cesar cesaris cesarianus: fons fōtis fontāus: vrbs vrbis vrbāus: sol solis solāus: ex quo subsolāus ex eo. i. ex sole. est etiā solinus ꝓpriū: milo milonis milonianus: piso pisonis pisoniāus q̄uis q̄dā pisoninus ꝛ miloninus dici putauerit. Sed a ꝓprijs deriuata plerūq̄ i hn̄t añ a: vt iouis iouian⁹: cesaris cesariāus Possumus tñ dicere q̄ a cesarius ꝛ milōius ꝛ pisonius ꝛ iouius deriuata sūt cesariāus miloniāus pisoniāus iouianus. lux lucis lucāus ex quo cōpositū ē antelucāus: ex eodē. i. ex luce etiā nascif lucina: vetus veteris veterāus limes limitis limitanus: ancon ancōis anconitanus. h̄ tñ etiā pōt esse ab aconites: sic post ondef. gades gadis gaditanus. Iōq̄ ante diximus pleraq̄: q: a neutris i e desinentibus deriuata i hn̄t ꝑductā añ nus: vt mare marinus ꝛ ab alijs q̄ pares habēt syllabas tñ i ntō q̄ in gtō: vt hercules herculis herculinus: follis follinus. mēsis aūt mēsurnus: ꝛ imber imbernus fac vt īfra dicef. Silr̄ i ia desinētia n añcedente mutāt ia in us ꝛ faciūt deriuatiua a ꝑmitiuis: tñ hn̄tia n vt hispania hispanus. hircania hircāus: mauritāia mauritāus: cāpania cāpanus: ꝛ ꝑducūt a penl̄. Dardanus v̄o ꝓpriū nomen est ꝑmitiuū: iōq̄ a cor. hēt. abusiue tñ poete ꝓ dardanio ponūt dardanū. Si v̄o añ ia aliā nō n habuerīt ꝯsonātem: i lōgā hn̄t ab eis deriuata añ nus: vt a placētia placētinus. Que v̄o apd̄ grecos a noibus vrbiū deriuata i tes desinūt: ea apud latinos in tanus plerūq̄ efferunf: vt anconites anconitanus: neapolites neapolitanus: tripolites tripolitanus: mutāt eniȝ es in a lōgā ꝛ accipiunt nus: silr̄ a salapia salapitāus: a gadibus gaditāus: ꝛ a tauromīnio taurominiatanus. Inueniunf tñ auctoritate veterū: vł euphonie cā: ꝛ maxime in ꝓprijs q̄dā noia nō h̄uātia supradictas regulas vt ligur liguris ligurinus: nō ligurianus: cēsor cēsoris cēsorinus: nō cēsoriāus. Sic ḡ vt patuit q̄dā possessiua desinētia in nus hn̄t a ꝑductā ante nus. Uide etiam infra i possessiuis desinētibus in inus. Quedā etiā possessiua desinentia in nus habent r ante nus. de quibus sic nota.

¶ De possessiuis desinētibus in er ante nus.

Omina desinētia in er si sint tertie declinatiōis: vel q̄ in ius faciūt genitiuum: accepta nus ipse ntūs facit deriuatiuum: vt pr̄ paternus: ver v̄nus: acer aceris ꝓ arbore acernus facit: alter alternus. Illa. s. obseruata regula de mutis aīalibus q̄ faciūt l inus: vt infra dicā: iōq̄ anser anserinus ꝛ passer passerinus dicimus. Ab aduerbijs quoq̄ veniētia l ra desinētibus hn̄t r añ nus: vt infra infernus: extra externus Ab alijs quoq̄ aduerbijs tp̄ilibus iueniunf q̄dā r añ nus habētia vt noctu nocturnus: diu diurnus: heri alternitatis cā facit hesternus: semper sempiternus. In tertia etiā desinētia silr̄ faciūt deriuatiuum: vt fabrateria fabraternus. etas quoq̄ eternus facit. Antiq̄ tñ ciuitas ciuiternus ab eād dicebāt: vetus p̄terea veternus fac: nō solū veteranus: sed diuersas hn̄t significatiōes: q̄rcus etiā q̄rnus: colurus colurnus tacitus taciturnus: mēsis mēsurnus. sic eñ cicero posuit ꝓ mēsurnus ꝑmo rhetoricoꝝ. Tp̄oꝛ ē ꝑs q̄dā eternitatis cū alicuius annui: mensurni. diurni. nocturni: vespertini certa significatōe Ab hyeme quoq̄ vł imbre hybernus fit. Sic ḡ vt vidimus q̄dā possessiua desinētia in nus habēt a ante nus: ꝛ etiā q̄dā r. Quedā ēt possessiua in nus habent i ante nus. De quibus tales danf regule.

¶ Possessiua desinentia in i ante nus.

Esinentia in er si sint secunde declinatōis: ꝛ in us cōsonante antecedente eiusdeȝ declinationis exceptis in cus supra duas syllabas: vł in culus: de q̄bus paulo ante docuimus. ꝛ in um desinētia ꝓpria si faciūt deriuatiua in nus terminātia: i lōgam habēt ante penl̄. vt auster austerinus: adulter adulterinus: libertus libertinus: diuus diuinus: rufus rufinus: mācus mācinus ꝑusinū perusinus camisiū camisinus. Excipiunf ab humus humāus. a mundo mūdāus: a xp̄o xp̄ianus: ꝛ a pagus paganus: ꝛ a p̄scus priscianus: sed hoc magis a priscio videf eē deriuatū. diis etiā facit diūicus. nā q̄ a taurominio taurominitanus dicimus: sequimur grecos q̄ taurominites dicūt. Gentilia enī apud grecos in tes desinētia: mutata es in a accipiūt nus cū in hāc formam veniūt. vt taurominites taurominitāus metropolites metropolitanus. Iteȝ i longā seruāt oia q̄ a noibus mutoꝝ aīaliū cuiuscūq̄ sint declinatiōis deriuantur in hāc formā. vt aper apri aprinus: caper capri caprinus taurus tauri taurinus: ferus vł fera ferinus: lepus leporis leporinus: formica formicinus: hirūdo hirūdinus: aq̄la aq̄linus: mustela mustelinus: q̄uis in a desinēt: tñ nō habēt a ante nus in deriuatiuis. ut̄ leo leōis leōinus: veruex veruecis veruecinus. ouinus quoq̄ ab oue: suinus a sue: nam ouilla ꝛ suilla diminutiua sunt. In inus enim desinētia vel in na vel in nū: si faciūt diminutiua abiecta n duo assumūt l: vt vnus vllus: vna vlla: vnū vllū: vinū villū: geminus gemellus: gemina gemella: geminū gemellū: sic ergo suina suilla ouina ouilla. Inueniunf q̄dā in tinus penul. correptā. s. q̄ a ꝑmitiuis nō habēt t: vt diu diutinus: cras crastinus: horno hornotinus: ꝑus p̄scus p̄stinus. Nā ꝯstātinus

⁊ clemẽtin⁹ a ꝓmitiuoꝝ gn̄is habẽt: ⁊ matutinus a matuta que aurora intelligit̄. Mediestinus aũt a medio ⁊ stando vel tenẽdo componi videt̄. Fiscina quoq; coꝛ. penul. quõ fuscina. Cur ergo piscina ꝓducit̄: q: hoc sine dubio deriuatum ẽ a pisce. ⁊ fiscina an a fisco: an fiscus a fiscina: an neutrum a neutro deriuet̄ dubiũ est: nã nec fuscina a fusco nec pagina a pago: nec mutina a muto: nec ariminuz ab arimo sunt deriuata: cum sint ꝓmitiua penul. coꝛ. Si autem in er desinẽtia tertie sunt declinatiõis: vel in ius faciũt genitiuũ accepta nus: ipse nũs facit deriuatiuũ: vt ver vernus: pater paternus: vt dixi supra. Item desinẽtia in ia n antecedẽte: mutãt ia in us ⁊ faciũt deriuatiua: vt hispania hispanus: lauinia lauinus: vt dixi supra vbi egi de possessiuis desinentibus in nus. Si vero ante ia aliã nõ n habuerint cõsonantẽ i lõgã hñt ab eis possessiua deriua ante nus: vt placẽtia placẽtinus. Anagnia quoq; q: g ante n hẽt anagninus facit: siľr alexãdria alexandrinus: numãtia numãtinus aricia aricinus. Item vt dixi supra in cus desinẽtia si sunt dissyllaba nõ habẽt a ante nus eorum possessiua sed sunt sine a vt mãcus mãcinus: lacus lacũa: porcus porcinus. Itẽ possessiua veniẽtia a noĩbus tertie declinatiõis desinẽtibus in e habet i ꝓductã ante nus: vt mare marinus: preneste ꝓnestinus: ⁊ ab alijs q̃ pares hñt syllabas tam in ntõ ⁊ gtõ vt hercules herculis herculinus: verres verris verrinus: follis follis follinus. In gnus quoq; vel gna vel gnuz terminantia lõgã habẽt vocalẽ penł. vt a rego regnum: a bene benignus: a male malignus: ab abiete abiegnus. Itẽ a ꝑuo priuignus. Inueniunt̄ tñ vt supra etiam dixi auctoritate veterũ vel euphonie cã q̃dã noĩa nõ obseruãtia ꝑdictas regulas: vt ligur liguris ligurinus: nõ liguriãus: cẽsoꝛ cẽsoris cẽsorinus: nõ cẽsorianus. Egimus de possessiuis desinẽtibus in nus. Nunc agamus de possessiuis desinentibus in rius.

¶ De possessiuis in ius siue in rius.

P Ossessiua quedã inueniunt̄ in ius siue in rius desinentia. vnde nota q in latino sermõe nõ solum vtimur ꝑdictis formis: sz etiam ꝓprijs q̄busdã latinoꝝ: vt in us vel in a vł in um purã añcedẽte ri: vt catilinarius: hereditarius: vxorius: flataria: ptisanariũ. Et scias q q̄uis forma sit possessiua hec q̃ in rius desinit: tñ diuerse significatiõis nomina in hac forma inueniunt̄. Nã alia ab officijs: vt tabernarius tabellarius hostiarius erarius. Alia a dignitatibus vt ꝑtorius ꝑfectorius questorius censorius: que tamen possessiuam significationẽ hñt. Alia ab alijs rebus in q̄bus sunt vł de q̄bus sunt: vel q̃s hñt. In q̄bus sunt dico: vt collariũ qḋ in collo est: mẽsorium qđ in mẽsa est: mortoriũ quod ĩ mortu est: palmariũ qḋ in palma est: hoc est in laude. De q̄bus sunt: vt frumentaria lex. i. lex de frumẽto. ⁊ nummularia lex. i. lex de nummis. ⁊ agraria lex. i. lex de agris. Ex his autẽ q̃s cõtinẽt: vt vinaria cella q̃ hẽt vinum. ⁊ armarium locus in quo arma posita sunt sicut violariũ rosarium viridariũ. Et scias q q̄uis sicut vidimus diuersas habeãt significationes supradicte forme noĩa: tñ maxima pars eoꝝ apud latinos possessiuoꝝ hẽt demonstrationem: idq; hic inter possessiuoꝝ spẽs posuimus. Nõ est aũt hic ignorãduz q etiaz in is ⁊ in er terminantiũ deriuatiuoꝝ multa inueniunt̄ significationis possessiue apud nos: vt curulis: hostilis: celestis: lunaris: castrensis. eq̃ster: pedester: paluster: quoꝝ q: diuerse ⁊ varie sunt forme ⁊ significatiões: postea eas cuz reliq̃s speciebus denoĩatiuoꝝ ꝑ ordinẽ tractabimus. Nũc de noie cõparatiuo videamus.

¶ De comparatiuo.

C Omparatiuũ nomen est illud qḋ cũ positiui intellectu vel cum aliquo participe sensu positiui magis aduerbiuz significat: vt fortioꝛ magis fortis: ⁊ vlterioꝛ magis vltra q̃z ille qui vltra ẽ. Fiũt aũt cõparatiua a noĩbus adiectiuis: vt ab albus albioꝛ. a ꝟbis: vt a detero deterioꝛ a participijs noĩaliter positis vt ab indulgẽs indulgentioꝛ ⁊ ab aduerbijs siue ꝑpositionibus: vt extra exterioꝛ. Et sciẽdũ q sicut dicit Pris. in. iij. li. a. Localia aduerbia siue ꝑpositiones ex q̄bus comparatiua nascunt̄ noĩa pene sunt hec extra exterioꝛ. vltra vlterioꝛ: citra citerioꝛ: supra superioꝛ infra iferioꝛ: post posterioꝛ: ante anterioꝛ: ꝓpe propioꝛ. penitus penitioꝛ. Apuleius in ꝑima hermagore: Uisus est ei adolescens honesta forma quasi ad nuptias exornatus trahere se in penitiorem partez domus. i. secretiorẽ. Sunt autẽ que cõpari pñt noĩa vel secunde vel tertie declinationis. Et si sunt secũde mobilia sunt: i ante a faciunt feminina: ⁊ um neutra. Et vel in er vel in us desinũt: ⁊ assumentia genitiuo oꝛ faciũt cõparatiua: coꝛ. tñ penul. i. vt tener teneri tenerioꝛ: niger nigri nigrioꝛ: clarus clari clarioꝛ. Notandum est q sinisterioꝛ qḋ a genitiuo sinistri videatur eẽ factum: cum in vsu sinistri vbiq; reperiat̄. Que autem veniunt a noĩbus tertie declinationis formant̄ a datiuo addita oꝛ: vt felix felici addita oꝛ fit felicioꝛ: preter illa q̃ veniũt ab his noĩbus bonus malus magnus paruus dexter sinister magnificus multus iuuenis ⁊ amicus sm̄ quosdaz que irregulariter cõparant̄. Itẽ habẽtia vocalẽ ante alterã vocalẽ cõparatiuũ nõ habẽt: sed assumũt. loco eius positiuũ cũ magis: vt pius magis pius pijssimus: ⁊ arduus magis arduus arduissimus: vnde versus. Regula grãmatice ꝓhibet certissima lege. Neq̃ ius vel nus cõparet absq; magis vt egregius pius arduus. ⁊ hoc fit de duab⁹ regulis repugnãtibus: quarum vna hec est. Omne cõparatiuũ debet superare suum positiuũ vna syllaba. vt fortis fortioꝛ. Alia talis ẽ I posita inter duas vocales vim suaz seruãtes: in simplici dictione accipit̄ ꝓ duplici ꝯsonãte: ⁊ trãsit ad sequentem syllabã: vt maioꝛ ⁊ peioꝛ. Si enim remaneret vocalis: ꝯtingeret hiatũ intollerabilẽ fieri tribus vocalibus iunctis per tres syllabas, ꝯtinue positas nulla ꝯsonãte media: sicut si dicimus pijoꝛ arduioꝛ. Et sciendũ q omnia cõparatiua desinentia in oꝛ cõis sunt ge. ⁊ mutãtia oꝛ in us faciunt neutra excepto vno qḋ solũ cũ sit a positiuo q̄ntum ad suã vocez fixo suauit eius genus. H senex huic seni. hic senioꝛ: q̄uis h vetustissimi cõmune accipientes hic ⁊ h senex ꝓferebãt. Pomp. i epigrãmate. Tua amica senex ẽ. Itẽ oĩa cõparatiua in oꝛ faciũt ablm̄ ĩ e ⁊ in i: vt hic ⁊ h melioꝛ ⁊ hoc melius: ablatiuo ab hoc meliore vel meliori: excepto senioꝛ quod facit ablatiuũ in e tm̄. Inuenit̄ etiã a nequam quod est indeclinabile trium generũ tã cõparatiuũ q̃z suplatiuuz vt nequã nequioꝛ nequissimus. Ab aduerbijs vo deriuata in ra desinẽtibus mutãt ra in er: ⁊ accepta ioꝛ faciũt cõparatiuum: vt extra exterioꝛ: vltra vlterioꝛ: intra interioꝛ: citra citerioꝛ: infra inferioꝛ: supra superioꝛ. siľr in erioꝛ faciũt post ⁊ ante: vt posterioꝛ ⁊ anterioꝛ. Prope vero propioꝛ facit: ⁊ detero deterioꝛ. A sepe aduerbio positiuũ vel cõparatiuũ nomẽ nõ legi. suplatiuũ posuit Cato: Propter diez atq; semis sepissimã discordiam fuisse. Sed querit Pris. an potis cõparatiuũ: ⁊ dicit q sic: q: in oꝛ desinẽs cõe in us facit neutrũ ꝑus. qḋ in nullis alijs nisi in cõparatiuis inuenitur ⁊ videt̄ a pridẽ aduerbio nasci: qḋ abiecta dem accipit oꝛ: ⁊ facit cõparatiuũ prioꝛ: sed i corripuit: q: in nullo cõparatiuo i ante oꝛ ꝓduci põt. In suplatiuo vero seruauit ꝓductionẽ accepta mus ꝑmus: ex quo aliud aduerbium nascitur primo vel prime. Uñ Terẽtius in andria per cõpositionẽ quãdaz dixit Apprime in vita eẽ vtile. Inuenit̄ etiã sepe prioꝛ pro melioꝛ positum: ⁊ tũc sine dubio habet vim cõparatiui: vt ꝑmus pro optimus: ⁊ tunc suplatiui significationẽ obtinet. Uñ Uirgilius in. viij. Et primos iuuentũ tot miserit ordo. primos posuit pro optimos. Et scias q sicut alter de duobus: ⁊ alius de multis dicit̄: sic prioꝛ de duobus: ⁊ ꝑmus de multis solet dici vt dicit Pris. i. in. li. a. vñ v̄sus. De multis ꝓprie ꝑmus dices aliusq;. Sed poꝛ ac alter dic cõcordare duobus. Et sciẽdum q apud latinos diminutionẽ quoq; accipiũt q̃dam cõparatiuoꝝ: qḋ apud grecos nõ inuenit̄: vt grãdiusculus minusculus maiusculus meliusculus: oĩa tñ hec a neutro cõparatiuo adiectiõe

calus inuenio fieri: vt grādius grādiusculus ꝛc. Tam ꝛ ꝙ̄ aduerbio comparatiuo ꝛ suplatiuo adijciunt: cum duo vel plures cōparatiui vel suplatiui diuerse significatōis positi inter se equant vel ijdem geminant: vt tā iustior ꝙ̄ felicior eneas hectore. Minus aūt aduerbiū est qn̄ cum positiuo positū vel iunctū cōtrarie significatōis comparatiuum demōstrat: vt minus stultus ꝓ prudentior Terētius i eunucho. Hic nemo fuit minus ineptus: ꝓ prudētior. Est qn̄ pro nō aduerbio ponit: vt minus bonus pro malus. Magis quoq; aduerbiū nō solū positiuo sed etiaꝫ comparatiuo iungit: qn̄ ipse comparatiuus vel ad se vel ad alium comparatur vt achilles enea fortior magis ꝙ̄ iustior. ꝛ aiax vlixe fortior magis ꝙ̄ diomede. Comparatiuus aūt gradus ablatiuo casui iungit vtriusq; numeri. Interdū tn̄ etiā noīatiuo. qn̄ aduerbiū sequit: suplatiuus autē gtō plurali vel singulari iungit: qn̄ ipm nomē singulare multitudinē significat: vt fortissime gētis. Est etiā regula: ꝙ quēcūq; casuꝫ regit positiuū ꝛ eundē regit compatiuū ꝛ suplatiuū preter eoꝝ principalē ꝯstructionē: vn̄ sicut bene dicit Sum filius petri vel petro. ita bene dicit Sum similior tui vel tibi: ꝛ sum simillimus ioannis vel ioanni. Nota tn̄ ꝙ fit abusio in comparatiuo tribus mōis. s. significatiōe cōstructiōe ꝛ officio. Significatiōe qn̄ nō pro positiuo comparatiuus positus minus eo significat: ꝛ nulli cōparat: vt Tristior atq; oculos lachrymis suffusa nitētes. Tristior eni hic ex pte tristis sigt. Est qn̄ compatiuū ad cōtraria compat: ꝛ minus positiuo sigt: vt mare ponticū dulcis est ꝙ̄ cetera maria. Hic enim nō ad dulcia sed ad amara facta compatione ondit paruꝫ aliquid dulcedinis ꝙ̄ cetera habere ponticū mare. Cōstructione qn̄ nō cōstruit cū ablatiuo vel cum simili casu mediante ꝙ̄: vt maior iuuenū ꝓ iuuenibus. ꝛ maior hoꝝ est charitas: pro his. Officio qn̄ nō significat positiuū magis aduerbio Virgi. in. v. Comites senioris a ceste ꝓ senis. Et in Apoc. Uigintiq̄tuor seniores: ꝓ vigītiquattuor senes.

De superlatiuo gradu.

Superlatiuū est qd̄ vel ad plures sui generis cōparatum supraponit oībus. vel per se platū intellectū habet cū valde aduerbio positiui: vt fortissim⁹ grecoꝝ achilles. i. fortis sup oēs grecos. Si aūt dicā Fortissimus hercules fuit nō adijciēs quoꝝ: intelligo valde fortis. Construit aūt suplatiuū cū gtō plurali: vel cū gtō singulari nominis collectiui: vt sortes est fortissimus romanoꝝ: vel fortes est fortissimus romane gētis. Aliqn̄ tn̄ absolute ponit ꝛ equipollet suo positiuo ꝛ valde aduerbio: vt petrus est fortissimus. i. valde fortis. Habet tn̄ suplatiuū pter suā principalē ꝯstructionē sui positiui. vn̄ sicut bn̄ dicit Sum filius platonis vel platoni: ita ꝯgrue dicit Sū simillimus platōis vel platoni: ꝛ Suꝫ dignissim⁹ istoꝝ laude vel laudis. Itē nota suplatiuū qn̄q; venit suplatiue ꝛ partitiue: et fm hoc incōgrue dicit Sortes ē fortissimus asinoꝝ. i. valde fortis super asinos de numero asinoꝝ. Qn̄q; venit superlatiue ꝛ nō partitiue. ꝛ fm hoc ꝯgrue dicit Sortes est fortissimus asinoꝝ. i. valde fortis sup asinos. Itē scias ꝙ superlatiua pnt ꝯcordare in genere cū sequētib⁹ gtis: vt hō est dignissima creaturaꝝ. Pnt etiā discordare. Vn̄ Horatius Quid agis dulcissime rerū. Sed vide ꝙ suplatiua sunt vere adiectiua: q2 nascunt a noībus adiectiuis. ꝛ iō debent cōcordare cū suis substātiuis in tribus. s. genere numero: ꝛ casu. vn̄ bene dicit Margaritha est pulcherrima lapidū. Itē suplatiua hnt quādā nām partitionis. ꝛ iō pnt ꝯcordare cum sequēti gtō. vn̄ bene dicit Margaritha est pulcherrimus lapidū: sꝫ cetera partitiua nō sunt vera adiectiua: ꝛ iō tātum debēt ꝯcordare in genere cū gtō sequēti: ꝛ non discordare. vnde male dicit. Hō est vnus rerū. sꝫ hō ē vna rerū bn̄ dr̄. Item postq̄ꝫ de partitiuis feci mentionem: volo te scire ꝙ partitiuū tenet ꝯcordare cuꝫ gtō in quē partit in genere si illi gtūs habet vtrūq; numerū: vt aliq̄s hō currit: vl̄ aliq̄s hoīuꝫ currunt. Si vo declinant tn̄ in plurali numero debet ꝯcordare i genere ꝛ numero: vt Nuptiarū alie hōe alie male. sed Nuptiarū alia bona alia mala incōgrue dicitur. Item si fiat partitio in gtō singularis numeri noīs collectiui: tūc trahit genus a rebus suppositis: ꝛ non a gtō. vnde si fiat partitio pro mare: erit mas. ge. vt vnus istius populi ē petrus. Si autem partitio fiat ꝓ femina: tunc erit fe. ge. vt vna istius populi est berta. Si autem fiat partitio pro rein sensata: tunc erit neu. ge. vt istius acerui aliud est ferrum: aliud est lapis. Si aūt ponit partitiuū cum noīe etheroclito debet respicere genus qd̄ ibi est: q2 compatiōnē habet ad res per genitiuū suppositas fm genus quod accidit genitiuo. ꝛ sic est dicēdum. Unus celoꝝ: vna epulaꝝ: ꝛ nō vnum celoꝝ: nec vnū epularū. non tn̄ sequit: Unus celus: vel vna epula: q2 genus plurale est fortius singulari. De hoc infra dicam in ca. de genere: cū de noībus etheroclitis agā. Hic nota ꝙ partitiuū quinq; modis respicit vl̄ regit genitiuū. Qn̄q; sine discretiōe alicuius accidētis: vt vbiq; terrarūꝫ. Qn̄q; cū discretiōe generis: vt vnus viroꝝ. Qn̄q; cū discretione generis ꝛ numeri: sicut in complexiuis: vt nuptiaruꝫ alie sunt vnū alie sunt plura. Non eni cōcedo ꝙ bene dicatur Nuptiaꝝ alia est hoc alia est illud. Qn̄q; trahit genus a re supposita vt huius populi alius est sortes alius est plato: vel alia berta alia maria ꝓ feminis. Qn̄ vero non sub ē aliquis sexus debet in neutro genere sumi: vt huius aceruui aliud est lignum aliud est lapis. Qn̄q; respicit nomē extra sumptuꝫ: vt Ualde mane vna sabbatoꝝ. Nam habetur ibi respectus ad hoc nomē die. Fit etiam qn̄q; tenuis partitio: vt hoc regni: ꝛ hoc anni ꝛc. Scire etiam te volo q2 cum dicit. Quod ꝑ supabūdantiā dicit: vni soli ꝯuenit: ibi vnum solū venit cōplexiue: tā ꝓ vno ꝙ̄ pro plurib⁹: velut cum dicit. Isti sunt albissimi hoīum. ecce illud qd̄ supponitur per hoc ꝓnomen isti dicit vnum solum.

De formis superlatiuorum.

Forme superlatiuoꝝ sunt octo. Due q̄dem in q̄s pleraq; desinunt superlatiua rimus ꝛ simus. Sex vero in q̄s pauca desinunt: limus rimus timus: remus simus nimus. ꝛ oīa superlatiua mobilia sunt. i. mutatione us in a faciunt feminina: ꝛ a in um neutra. De singulis per ordinē videamus.

De desinentibus in rimus.

In rimus desinentia formant ab adiectiuis desinentibus in er: addita in nominatiuo rimus siue sint secūde vel tertie declinatiōis: vt pulcher pulcherrimus: acer acerrimus tener rimus: pauꝑ rimus: saluber salubria rim⁹. Formant etiam a masculino fm analogiā addita rimus: vt saluberrimus: ꝛ sic de silibus: pter dextimus ꝛ finistim⁹ ꝓ dexterrimus ꝛ finisterrimus: maturus facit maturrimus. Vn̄ dic Pris. in. iii. Maturrimus cui⁹ cū positiu⁹ matur⁹ sit: tamē q2 a noīatiuo matur q̄ nūc in vsu nō est nascit: i er desinētium regulā seruauit. i. in rimus terminat. Inuenit tn̄ etiā maturissim⁹ fm analogiā in us terminātiū. Nuperrimus etiā ꝓferebāt antiquissimi. vn̄ aduerbiū posuit Cicero: Et qn̄ nuprime dictū facile mēorie mādat: q̄ superlatiu⁹ magis ab aduerbio in er desinēnte videat nasci. Nomē enim positiuū in us desinit: vt Capro videt nuperus: cuius accusatiuū Plautus ꝓfert dicēs i captiuis. Recens captum hominē nupeꝝ ꝛ nouiciū. ꝛ bene: vt sup superus sic nup nuperus dz eē. Ueterrim⁹ ēt cū in us desinat ei⁹ positiu⁹: tn̄ formā in er terminātiū seruauit in suplatiuo veterrim⁹ q̄si a veter positiuo qd̄ Capri quoq; approbat auctoritas: ꝛ vsus antiquissimoꝝ. Enni⁹. Qū veter occubuit p̄am⁹. cui⁹ etiam cōparatiuū veterior ꝓtulit Plautus. In rim⁹ etiā a verbo vnū inuenit. detero deterior deterrim⁹. ꝛ vnum anomalū pessimus.

De desinētibus in simus.

In simus desinētia si veniunt ab adiectiuis secunde declinationis formant a gtō addita s ꝛ simus: vt albus albi: addita s ꝛ simus fit albissim⁹. Si enim veniūt a noīb⁹ tertie for-

mantur a gtõ addita ssimus: vt felix felicis: felicissimus: lo/
cuples locupletis locupletissimus: pter q̃dam anomala. i.
inequalia q̃ irregulariter compant: vt mal' peior pessim'.

¶ De desinentibus in limus.

IN **limus** aũt tñ quinq; desinunt sup/
latiua cum suis compositis: ꝛ
formant ab adiectiuis tertie declinationis desinẽ/
tibus in lis: remota is ꝛ addita limus: vt facilis facillimus
difficilis difficillimus: gracilis gracillim': humilis humil/
limus: similis simillim': dissimilis dissimilim': agilis agil/
limus Ista septẽ enumerat Pris. quoꝝ cũ in is desinãt po/
sitiui abiecta is ꝛ addita limus faciũt suplatiuos fm Pris.
Ex h' pꝫ q̧ suplatiu' hui' dictiõis vtilis nõ desinit in lim'
sed in ssimus: vtilissim'. Itẽ ex hoc habet q̧ positiua predi/
ctoꝝ scribunt p vnũ l: ꝫ suplatiua p duo l. De pdictis ver/
sus. In limus quinq; dat vagus cetera linque.

¶ De desinentibus in rimus.

IN **rimus** duo tãtũ inueniunt. vnum
anomaluꝫ: vt maximus: qd
fit a positiuo secũde declinationis desinente in us
vt magnus maior maxim'. Alterũ ab aduerbio: vt ppe p/
pior proximus. qd tñ qñ p cognato accipit est positiuum ꝛ
hꝫ compatiuũ: sed nõ supla: iuũ vt proximus proximior.

¶ De desinentibus in timus.

IN **timus** desinit vnum anomaluꝫ: vt
optimus. ꝛ ab aduerbiis siue
ppositionib' deriuata: vt intra interior intim': vl/
tra vlterior vltim': citra citerior citim' fm quosdã. ꝛ pte/
rea dextimus ꝛ sinistim': extim' quoq; p extrem' dicebãt
antiqui.

¶ De desinentibus in remus.

IN **remus** ab aduerbiis siue ppositiõi/
bus veniẽtia desinit h: ex/
tra exterior extremus: supra supior suprem': post
posterior postrem'. Ex quo appet neq; a supero neq; a po/
stero fieri cõparatiuos vel suplatiuos sicut nec ab inferõ in
fimus Nã si essent a noĩe supero postero infero seruarẽt
regulam in rius terminãtiũ secunde declinationis: quia in
rimus pferrent superlatiuũ: ꝛ facerent superissimus poste/
rissimus ꝛ inferissimus ꝛc. Et sciendum q̧ hec sola forma
habet e pductam ante mus: quum omnis alia forma super/
latiui habeat i correptam ante mus: vt pulcher rimus do/
ctissimus: humillimus: maxim': optim': minim': infimus.

IN **fimus** vnum solũ desinit ab aduer/
bio deriuatũ: vt infra inferior
infimus.

¶ De desinẽtib' in imus.

IN **imus** vnum soluꝫ anomalũ desinit
paruus minor minim'. Illud/
q; notãdum q̧ oĩa cõparatiua ꝛ suplatiua duaꝝ
excedunt syllabaꝝ numerũ exceptis prior ꝛ prim': ꝛ ano/
malis his minor ꝛ maior: ꝛ peior: ꝛ plus. Nec mirũ cũ po/
sitiua. quoq; ex q̃bus nascunt compatiua ꝛ suplatiua bis/
syllaba sint: vel eo plus p gtõs: ꝛ vel vnã vel duas assumẽ/
tia syllabas faciunt supradictos gradus: vt ditis ditior di/
tissimus: niger nigrior nigerrim': ꝛ vtilis vtilior vtilissim'
similis similior simillimus: infra inferior infimus Superla/
tiuus vero q̃nq; compatiuũ superat vna syllaba: vt qñ in ssi
mus finit: vt iustior iustissimus. Et q̃nq; in rimus suplati/
uus finitur si positiui ntĩus ꝛ gtĩus pares hñt syllabas: vt te/
ter tetri tetrior teterrimus: acer acris acrior acerrimus. Est
qñ par est vt in limus terminatis: agilior agillimus facil/
lior facillim'. Est qñ vna vincit. syllaba: vt qñ i fimus: vel
intimus: vel in remus desinit: vt inferior infim': vlterior vl/
timus: exterior extremus vel extimus.

¶ De diminutiuo nomine.

DIminutiuũ nomẽ est illud quod di/
minutionẽ pmitiui sui
absolute demonstrat vt rex regulus. i. paruus rex
Ideo aũt positũ ẽ absolute vt diĉ Pris. in. iij. li. q2 cõparati
ua quoq; nõ solũ augẽt: ꝫ etiã aliqñ minuũt vim suoꝝum
pmitiuoꝝ: ꝫ nõ absolute Ad aliqd enim dictio fit compa/
tio vt breuior dicit ad breue: ꝛ angustior ad angustũ. vnde
q̃uis in his quoq; cõparatiuis inueniant q̃dã diminuti/
ua apud latinos: nõ pñt tñ absoluta esse cum a cõparatiuis
sint deriuata: vt ipa quoq; cõparationẽ significẽt: vt maius/
culus minusculus. necesse ẽ enĩ ad aliqd ea cõpari: vt Te/
rẽtius in eunu. Thais vxor mea q̃ ego sum maiuscula ẽ. i.
paruo maior q̃ ego. Alia aũt diminutiua. i. oĩa que non a
cõparatiuis deriuant ex se hñt diminutionẽ: ꝛ nulli cõpa/
rant: vt regulus. Diminutiua aũt inuẽta sunt trib' de cau/
sis vel cã necessaria significatiõis: vel causa vrbanitatis: vl
causa adulationis. vnde dicit Pris. in. iij. li. vbi agit de di/
minutiis. Solẽt aũt diminutiua vl necessarie significatiõis
cã pferri. vt Salustius. Postq̃ reguli in vnũ cõuenere: re/
guli. i. parui reges. Uel vrbãitatis: vt Iuuena. in satira. iij.
vnde fit vt malim esse fraterculus gigantũ. Uel adulatiõis
ꝛ maxime pueroꝝ: vt catulaster: antoniaster: patriciol': ser/
giolus. Deriuant igit pleruq; ab appellatiuis diminutiua:
pauca etiã a ppriis: ꝛ seruãt genera pmitiuoꝝ plerumq; ꝛ
sepe inueniunt diminutiuoꝝ diminutiua in diuersas desi/
nentia formas: vt homo homũcio homunculus: homulus
homullul'. Sunt aũt forme diminutiuoꝝ. mas. ge. hculus
vlus. absq; c: ell' xill' illus. absq; x: vll': olus: cio aster. le'.

¶ De desinentibus in culus.

E **diminutiuoꝝ** desinẽtibus in
cul' formatio/
ne. sicut dicit. Pris. monasyllaba in a desinẽtia vo/
cali antecedẽte cuiuscũq; sint ge. ꝛ in er oĩa que sunt tertie
declinationis: ꝛ in us neutra: noĩatiuo assumunt in mascu/
lino culus: ꝛ in fe. ge. cula. ꝛ i neu. ge. culũ: vt hic flos floscu/
lus: mas masculus: plus plusculuꝫ: Os osculũ quoq; q̃uis
sit forme diminutiue: tñ q2 aliam habuerit significationeꝫ
fecit ex se aliud diminutiuum oscillum. Sus tñ facit succu/
la: ꝛ non suscula. Silr faciunt in er terminantia diminuti/
uum: vt frater fraterculus: pater paterculus: qd et pprium
inuenit. mulier muliercula: pauper pauperculus la lũ: ma/
ter matercula: excipit venter ventriculus. Sicq; faciũt hec
neutra vt munus munusculũ. opus opusculũ: corpus cor/
pusculũ: crus crusculũ: thus thusculũ. Nec nõ etiam cõpa/
ratiua in us neu. ge. silr faciunt dimi. Sꝫ mobilia. i. mas. fe.
ꝛ neu. ge. noĩa: vt maius maiusculus la lum: grãdius gran/
diusculus la lum. celerius celeriuscul' la lũ. vnde celerius/
cule aduerbium: sicut a sepius cõparatiuo sepiuscu/
le aduerbium. Plus quoq; q̃uis a mas. et fe. cõpatiuo nõ
veniat: facit tñ plusculus la lũ. Uñ Terent. in phormione.
Cũ pluscula supe lectile opus est. Lepus quoq; qd solum
in us desinẽs mas. vel epichenuꝫ dissyllabũ latinũ tertie de/
clinatiõis est: assumit noĩatiuo culus ꝛ facit diminutiuum
vt lepus lepusculus: pãnus etiam pãniculus facit. Ad hãc
formam positiua in or desinẽtia mutant or in us: ꝛ accepta
culus faciunt diminutiua: vt rumor rumusculus. vel assu/
munt culus vel cula totaliter: vt amator amatorculus: so/
ror sororcula. In is vero vel i e desinẽtia oĩa vel in us mo/
nasyllaba: vel i is datiuo corripiẽtia i assumũt pdictas syl/
labas i. culus la lũ: ꝛ faciunt diminutiua vt ignis igni igni/
culus: testis testiculus: nauis naui nauicula. cutis cuti cuti/
cula: auis auicula. rhete rheti rheticula: fons fonti fõticul':
mons monti monticulus: dulcis dulci dulcicula dulcicu/
lum: securis securi securicula. similiter fidis fidi fidicula: fi/
des enim fidecula facit. Et cũ oĩa huiusmodi diminutiua
tam penul. q̃ antepenul. corripiant: cuticula tamen antepe/
nult. pdu. aliqñ necessitate metri: excipit lapis q̃ lapill' fa/
cit diminutiuũ. Etiã anguis anguilla. vnguis quoq; vngu/
la fac: q̃ tñ ꝛ si formã videant habere diminutiui: significa/
tione tñ nõ sunt diminutiua. Scd̃m supradictã formã qr/
te quoq; declinationis noĩa faciũt diminutiua. Us enĩ ꝛ
u noĩatiui in i cõuertũt correptã. ꝛ accipiũt culus in mascu/
lino: in feminino cula: in neutro culũ: vt currus curriculus
dicit tñ ꝛ hoc curriculũ: versus versiculus: artus articulus:

fluctus flucticulus: anus anicula: cornu corniculũ. excipit ab acu aculeus: & a dom⁹ domũcula. In es pdu. desinẽtia feminina tertie declinatiõis vel quĩte: abiecta s assumũt cu la & faciũt diminutiua: & seruãt e pductã: vt vulpes vulpecula: nubes nubecula: dies diecula: res recula: vepres veprecula. excipit merces mercedis cui⁹ is gẽitiui in vla cõuersa facit diminutiuũ mercedula: & apes cui⁹ diminutiuũ p e lõga i bz apicula: ita dic̃ Pris. in. iij. li. l. de diminutiui. In. vj. vero li. dicit Pris. Ouidi. in. xvj. metha. h apis ptulit dicẽs Nõ apis inde tulit bos carpit sedula flores. Qđ etiã diminutiuũ ostẽdit apicula: quõ fidicula docet pmitiui sui nominatiuũ fidis nõ fides eẽ. Ex his videt̃ q̄ & Pris. velit q̄ apecula sit dimi. de apes. & apicula de apis: qđ olim i vsu fuit. & hoc etiã vult Hug. In o desinẽtia si faciũt diminutiua: cõuertũt o in un & accipiũt cul⁹ vel cula: vt tiro tiruculus: latro latrũculus: carbo carbũcul⁹: pedo pedũcul⁹: curculio curculiũcul⁹: vgo virgũcula. ratio ratiũcula: offensio offensiũcula: loligo: loligũcula. hõ homũcul⁹: dicit̃ tñ & homũcio homũcul⁹ homull⁹ & homullul⁹ Leno lenũculus sil̃r facit dimi. fur furũcul⁹: rana ranũcula facit. Quedã alia desinũt in culus vel cula: de quibus dicã de desinẽtibus in ulus.

De desinentibus in ulus.

In ulus desinẽtia sic formant̃ In x oĩa vel i us supra vnã syllabam vlt. desinẽtia genitiui extremã terminationem. i. is in u cõuertũt: & accepta lus vel la vel luz faciũt diminutiua: vt rex regis regulus: codex codicis codiculus: & ex eo codicillus: fornax fornacis fornacula: fax facis facula: ceruix ceruicis ceruicula: adolescens adolescentis adolescẽtulus: caput capitis capitulũ. In us terminãs vnum tertie declinatiõis cõe triũ generũ: abiecta s assumit lus in dimi. vt vetus vetulus: femininũ vt vetula neutrũ vetulũ: sus cõe abiecta s assumpta cula facit diminutiuũ sucula. Paulus fac̃ paululus: capis capidis capidula facit vt dic̃ pris. in. vj. Quedam alia dimi. desinũt in ulus: de quibus dicet̃ cũ determinabit̃ de desinentib⁹ in olus: & de desinẽtib⁹ in ellus & in illus.

Glomero ras raui rare. i. cumulare. adunare. aceruare. vñ glomerati3 aduer. i. cumulati3. adunati3. Et cõpõit'. vt agglomero ras. cõglomero ras. deglomero ras. i. deuoluere. glomos destruere. eglomero ras i eodẽ sensu. itẽ iglomero ras. intus vl' valde glomerare. Glomero ⁊ oia eius cõposita sũt actiua ⁊ cor. peñ. siue me. ⁊ deriuat' glomero ras a glomus meris s3 Hug. ⁊ ponũt' tales versus i Grecismo. Cõgeries lapidũ sit tibi glomeratio fili. Lignoz p̃prie dicitur esse strues.

Glomus mi vel meris in globus exponitur.

Glia. a clarus dr̃ h̃ glĩa rie. i. freq̃uẽs fama cũ laude dr̃ glĩa q̃si claria a frequẽtia claritatis. g p c ⁊ o p a. Ul' dr̃ glĩa q̃si glaurea. i. gerẽs laureã. ⁊ ẽ etymo. Inde glĩosus sa sum. Et cõparat'. vñ h̃ glĩositas tatis. Et cõponit': vt inglorios⁹ sa su3 q2 sit sine glĩa. i. triũphis. ⁊ inglorious. i. imemor glĩe. Itẽ a gloria glorior aris. ⁊ cõponitur. vt cõglorior aris.

Glorifico cas caui care verbũ actiuũ. gloriosum facere. ⁊ cõponitur a gloria ⁊ facio.

Gloriola le dimi. parua gloria.

Glos glori fe. ge. i. cognata. s3 glos gloris. i. flos. s3 glos glossis ẽ lignũ putridũ. vñ v'sus. Glos gloris flos ẽ. glos gloris femina fratris. Glos glossis lignũ vetus est de nocte serenu3.

Glosa se. dr a glosa qd e ligua. z distat int comentu glosa tras lationem z textu. Comentu expositio e vbor: iūcturā nō osiderās: s; tm sensu. deseruit eni expositioni snie alicui libri: z nō ostructioni lre. Accipit tn qnqz cōmētū largi. s. p quo libet libro: z tūc sic diffinit. Cōmētū e plurimoz studio vel doctrina i mēte habitoz i vnū collectio: vt dixi in cōmētū. Glosa e expositio lre z ipsi snie: q nō solū sniaz sed etiam verba attendit. Uel glosa e expositio snie lrarū otinuans z exponēs. vn dr glosa quasi glossa. i. lingua: qz tanqz lingua doctoris adesset z exponeret: sic littere exponēde insistit z sensuz enucleat. Trāslatio est expositio snie p aliā linguaz. Textus e liber ipsius doctoris otinēs tractatuz sine ire vel snie expōne. Uel text e ipe tractatus vl liber sine expōne littere vl snie. A glosa dr h glosula le dimi. i. parua glosa. z gloso sas: z glosulo las: ambo actiua cū suis compositis. z glosarius ria rium: qui glosat: vel qui glosatur.

Glossa se. i. lingua. Et cōponit cū bos z cinos z agnus: z dr h buglossa se: z hec cinoglossa se: z hec agniglossa se: herbe sunt quasi bouis lingua z canis lingua z agni lingua: vl in forma: qz sunt formate vt ille lingue: vl in tactu: vl in aspe ritate. z pdu. pmaz buglossa geminat enim s. Un quidam: Osse caret glossa per quam franguntur ossa.

Glossula le partia glossa.

Glinio nis nui nire: vn h glinit tus porcoz clamor e: z pd. gli. Un qdā. Hinit equ: glinit porc: pipiat quoqz nisus.

Gluten. a gluteo tes dr h gluten nis terra tenax vtilis ad cōpages nauium z alioz vasoz. qd z bitumē nis dr. vn gluti neus nea neum de glutine ex[n]s: vel ad gluten pertinens. z glutinosus sa sum. i. plenus glutine: vel tenax.

Glutinū. a glutē dr h glutinū ni. vn h glutinariū rij idē qd glu tinū dcād oiūgit. s. vinculū ppe tn glutinū e illud tenax qd fit de glutie ad aliqd liniēdū. z a glutino remouere. deriuat. glutino nas. i. oiūgē: glutio colligare. vn oglutināt z oglutinati aduer. i. oiūctiz Et oponit: vt agglutino nas. i. adiūgere: alligare. Itē oglutio nas. i. oiūgere glutio. Itē reglutio nas. i. ite rū oiūgere. Et e glutio actiuū cū oib suis opositis. z co. ti. vn i Aurora dr. Junxit lim sic z er glutio quodā. Hiero. in epla ad Paulinuz ca. j. dicit. Et ex xpi glutino copulata.

Glutio. a gula dr glutio tis tiui vl tij p syncopā: z e glutire absorbere: vorare: comedere. Et oponit cū co: z dr oglutio tis i. sil gutire. Itē deglutio tis. i. valde vl deorsuz glutire: vl a gula id iugulatū emittere. z i eodē sensu eglutio tis. itē iglu tio tis: itroglutio tis. i. itus vl itro glutire. itē pglutio tis. i. ante glutire. itē reglutio tis. i. itez glutire: vl retro a gula ei cere. itē trāsglutio tis. i. vltra glutire. Glutio neu. e cū oib suis opositis: z pdu. glu. Un qdā. Que qsi deglutit quē secū ad tartara ducit. Et scribitur p z glutio: quod pz per secū dā psonam. z facit pteritum glutiui vel glutij p syncopam.

Gluto onis mas. ge. i. leccator vel deuorator. z dicitur a glu tio tis. Uel gluto quasi gulato a gula.

G ante N

Gnarus ra rum. i. sciens: peritus: doctus. s. q ex arte scit qliter aliqd fiat vel sit faciēdū: vel qliter fieri debeat: siue illud faciat sine nō. z dicit gnarus pro narus: z apponit g p ptbesim. Uide etiam in ignarus.

Gnatus ti. i. filius quasi generatus. z hec gnata. i. filia: qsi generata. z apponitur ibi g per pthesim. vide etiam in natus.

Gnauus gnaua gnauum pro nauus. z apponitur ibi g per p thesim. Uide etiam in nauus.

Gnidus di. Gnido insula est: de qua in actibus. xxvij. Et vix deuenissemus circa gnidum.

G ante O

Golgata syrū nomē e: z interptat caluaria: nō ob caput vel calnicū ade: qd mētiunt ibi sepultū: sed ob decollationē dānatorum. Job. xix. Hebraice golgata. z acuitur in fine.

Golias lie ppuz nomē cuiusdā philistei: quē iterfec dauid: de quo in Aurora dr. Exigu magnū vicit puer ille goliaz. Ab legorice dauid interfecit goliā: idest christus diabolum.

Gomor mēsura e antiq otinēs qnqz sextarios: z acuit in fine

G ante R

Grabatū. Gra grece latine dr caput. vn h grabatū ti: reclinati capitis susceptio. z videt oponi a gra z batis qd e grad. s. ad qd gradimur vt ibi caput reclinem. gen e lecti: z pdu. pen. Inuenit et h grabatū p gremio z cor. pen. vnde versus. Pro gremio grabatum: pro lecto pone grabatum.

Graculus li a garrio ris: nō (sic qdā dicūt) qz gregatiz volēt: cū sit māifestū eos ex voce garrulitatis nūcupari. Est eni loqcissimus genus alaris: z vocibus īportunum. z corripit cu.

Gradale lis dicitur a gradus: qz gradatim canitur post rissorium sm Hug. Quidam tn dicunt gradnale lis.

Gradarius rij. i. palefred. z dr a gradus. z describit sic. Gradarius est equus mollis incessus sine succussatura innitēs z incedens. Et gradarius ria rium quod fit gradatim.

Gradatio est quidam color rhetoricus: de quo dixi in quarta parte in ca. de colo. rhet.

Gradior deris gressus sū gdi. i. vado. z oponit cū ppōnibus z dr aggredior deris: antegradior deris: congredior deris: egredior deris: igredior. pgredior. qd z pgradior inuenit. ptergredior. regredior. trāsgredior. Gradior cū oibus suis opositis e depo. z mutat a simplicis i e. pter antegradior z pgradior. z oia faciūt supinū in gressus sic z simplex. Item gradior z eius cōposita cor. hanc syllabam gra vel gre.

Gradiuus. a gradus dr h gradiu ui. i. mars. qz gradatim incederetur ad bellū. vel gradiuus a gradin qd e vibratio haste. vel gradiuus dicitur quasi cratio diuus. i. deus potens.

Grado das daui dare. i. gradib ornare. vl p grad ducere. z dr a grad. Et opoit cū de. z dr degdo das. i. gdus destrue re. vl a gradu remouere. deponere a gdu dignitat. itē cū re z dr regdo das. i. regradare. vl degdatū in gradū restituere Itē cū retro. z dr retrogrador daris dare. i. retro ire vl gdi retro. Grado das cū oib suis opositis est actiuū. pter retro grador daris qd est deponē. z absolutū. z omnia cor. gra.

Gradus. a gradior deris dr h gradus dus dui. s. id per quod ascēdit ad altare: vel ad pulpitū. vl ad aliud locū Gradus etiā est status. z pprie dignitatis. z grad est inter ordinatū. vn gradatim. i. p gradus. z cor. gra. Un quidam. Mutat nupta genus. sed generata gradū. Quo gradus sm decreti stos computentur. dixi in consanguinitas.

Grāma me grece. latine dr linea. vn greci dicunt h grāmatō i. littera. z h grāma matis p eodē. z dicit a linea qz lineatiz fiūt littere. i. quibusdā lineis z ptractiōib. Grāmaton vertit in latinū z dicit h grāmatum ti. i. lra. Un Theodolus. Grecorū primus vestigat grāmata cadmus. z hinc grāmaticus qui sumit initium legendi. vel qui paginas legere potest.

Grāmatica. a grāmaton vl a grāma qd e lra dr h grāmatica ce qsi lral sciētia. nō a pma pte sui. qz pmo tractat de lris. s; p effectū. qz efficit lratū. vn z sic describit. grāmatica e scia recte scribēdi. recte pnūciādi: recte ostruēdi gnara. Docet eni h ars recte scribere. sine quo nō e habere pfectionē isti us artis. Nec tn ob h iniūgo scribēdi officiū artifici hui artis. s; poti scribēda sciētia. Oportet eni vt sciās cognscere figuras: z qlit debeāt fieri. z q cui sit vl q nō sit pponēda vel supponēda. z oino figuras elegāter z artificiose coaptare. z h quidē necessariū e. s; nō sufficiēs. sicut nec alia duo q restant. q ad huius artis quoqz pfectionē exigunt. scz recte scire pnunciare. z recte ostruere. ex quib oibus qsi integra liter hec ars ofistit. Qz dt dr grāmatica qsi grāmaticoz theca. i. litteraz repositoriū. etymo. e. Et hinc grāmatic ca cū. i. pricēs ad grāmaticā. vel grāmatica instructus. Et cōparatur grāmaticus cior cissimus. vn grammatice cius cissime aduer. z grāmatizo zas. i. grāmatice loqui. Uel sm quosdā grāmatica est scia recte scribēdi. recte loquēdi. origo z fundamentuz oium liberaliū artiū. Cōsistit aūt hec ars princi paliter in oīderatione qttuor rerū. s. littere z syllabe dictio nis z orationis pfecte. Et scribunt pdicta oia per duo m:

Gramē minis neu.ge.a germino nas ḋr.ꝛ pōt gramē ḋici q̄libꝫ herba q2 germinet:ſic robur oīs ligni cutis ꝛ ſpēs q2 ſit fir miſſima. Spālit̄ tñ eſt q̄dā herba q̄ naſcit̄ ex humano ſan/ guie:ꝛ etiā q̄dā alia herba q̄ etiā mortua recēti herba rena ſcit̄.ꝛ vulgo ita vocat̄.ꝛ ḋr ſic q2 multū germinādo multi/ plicet̄.vl̄ ḋr a ſitu.ſ.ab agro:q2 plurimoꝝ agroꝝ ſit.vñ ꝛ ip ſaꝫ greci agreſte nūcupauerūt.Quiqꝫ etiā inuenit̄ p radice ta lis herbe. Jtē a gramē ḋr gramine⁹ nea neū qḋ totū eſt ex gramine:vl̄ qḋ ad gramē ptinet:ꝛ gramioſus ſa ſuꝫ qḋ gra mine abūdat:vt locus.Et ꝯparat̄. Jtē a gramē ḋr gramino nas naui nare q̄ſi gramia colligē:vl̄ gramie iplere.Et ꝯpo/ nit̄:vt cōgramino nas ꝛ degramino nas.i.gramia euellere Jtē ingramino nas.i.gramine iplere.ꝛ ſūt neu.oīa.Et a gra mino nas ḋr gramineo nes nui.i.eſſe vel fieri gramino ſuꝫ ꝛ hinc graminesco inchoatiuū. Et cor.predicta omnia mi.

Gramino nas in gramen exponitur.

Grandeo.a grandis dicitur grandeo des dui.i.eſſe vel fieri grandem.Unde grandeſco ſcis inchoatiuum.

Grandeuus ua uū penul.pdn.i.grādis eui.ſ.ſenex.ꝛ compo/ nitur a grāde ꝛ euū.Uñ Jnnocētius.lxxvij.diſ.Quicūqꝫ in verbo grandeuus ꝛc̄.

Grandiloquus qua quum.i.grādia loquens:a grandis ꝛ lo/ quor componitur.ꝛ cor.penul.ſiue lo.

Grandino nas penul.cor.in grando eſt.

Grandis.i.magnus.ſꝫ grādis ad corp⁹:magn⁹ad aīuꝫ refert̄. Et declinat̄ h̄ ꝛ h̄ grādis ꝛ h̄ de.ꝛ fac̄ actūs plural̄ grādes vl̄ grādis:Et ꝯparat̄ grādis dior diſſim⁹.vñ grāditer dius diſſime aduer.ꝛ h̄ grāditudo dinis:ꝛ h̄ grāditas tatis.Grā dis ꝯponit̄.vt pgrādis:tāgrādis: ꝙgrādis.i.valde grādis grādeu⁹ua uū:grādiloqu⁹q̄ quū.grādiſon⁹na nū.i.grādia ſonās.ꝛ ꝯponit̄ a grādis ꝛ ſono nas.ꝛ cor.ſo.grādiſonus.

Grandiſonus na num in grandis vide.

Granditudo dinis in grandis eſt.

Grandiuſculus la lū penul.cor.i.aliq̄ntulū grandis.ꝛ forma/ tur ab hoc comparatiuo grandius addita culus la lum:ſi/ cut maiuſculus ꝛ ſimilia.

Grādo.a grādis ḋr grādo dinis q̄ſi grat̄ data.vl̄ grādo deri uat̄ a granū ni pp ſilitudinē.Et īde grādine⁹nea neū:ꝛ grā dinoſus ſa ſū: ꝛ grādino nas.i.grādinē emittē vl̄ grādine pcutere:deuaſtare:ꝛ cor.di.vñ in Aurora ḋr. Carnis luxuri aꝫ grādinat ira dei.Et ſcias ꝙ grādo freq̄nti⁹ ſit in tpe cali/ do ꝙ̄ i tpe frigido:q2 tpe calidū ſiſt̄ ē loco calido:ꝛ tpe fri gidū ſiſt̄ ē loco frigido i cauſando māꝫ nubis calidiſſime. cui⁹ q̄dē cā ē:q2 calor frigori ꝯriꝰ ē.ꝛ ideo ſic̄ frig⁹ ſpiſſat nubē:ita calidū diſtrahit ꝛ ſegregat eā ꝛ pbet eā vndiqꝫ ap tā frigori ad ingrediēdū ſic̄ ꝛ corpa rare ſubſtātie ꝛ poroſe facili⁹mltō frigore ledunt̄ ꝙ̄ corpa ſpiſſa ꝛ craſſa q̄ paucos ꝛ ſtrictos hñt poros.vñ corpa mulierū min⁹ ledunt̄ frigo re ꝙ̄ viroꝝ:ꝛ flegmaticoꝝ min⁹ꝙ̄ colericoꝝ vl̄ ſanguineoꝝ ex caliditate ḡ nubis aperit̄ nubes:ꝛ recipit̄ frig⁹ad interio ra nubis. Jn hora aūt caliditat̄ calor ē vndiqꝫ expreſſus in aere:ꝛ ideo totū frigus ab aere expellitur ad vnū locū:ꝛ vē hemēter multiplicat̄:qḋ multiplicatū totū in nubē ingredi tur:ꝛ cōgelat aquā eius in grādinē.ſꝫ i tpib⁹frigidis frigus diſpſuꝫ ē in aere toto:ꝛ iḋ nuſquā mltiplicat̄.vñ loc⁹ ppri us nubibus nō hꝫ tūc frig⁹niſi cōi aeri: niſi ꝯtingat forte p h̄ accidēs.ſ.ꝙ calidis vaporib⁹replētib⁹ vndiqꝫ aerē frig⁹ ad locū nubiū expelleret̄.tūc eñi pōt generari i hieme grā do. Sꝫ pōt eē dubiū q̄re nō generat̄ tūc grādo frequētius in eſtate:cū h̄ tpe ſit calidiſſimū:ꝛ q̄re nō freq̄nti⁹ generat̄ ī autūno:cū autūn⁹ ſm ſol̄ motū eq̄lis ſit ppinq̄tati ſolis: ſic̄ eſt tpe vernū.cui⁹ cā eſt:q2 in eſtate calor ſol̄ tūc fortis exiñs plus ſꝫ nāꝫ ꝯſumit de humore ꝙ̄ eleuet:ꝛ iḋ tūc exic/ cat terrā ꝛ aerē:ꝛ īducit maturitatē fructib⁹:ꝛ iḋ ꝑſcindit̄ ſꝫ plurimū mā grādinis ꝛ aliaꝝ reꝝ humidaꝝ impſſionū. Jn autūno aūt ꝑcedēs eſtas exiccauit locū aeris ꝛ terrā ita ꝙ tēperauit frig⁹ autūni ſic ꝙ nō pōt inducere paulatiꝫ humo rē humidū ad mitigādū ſiccū qḋ eſtas induxit.ſꝫ in vere ca lor veris inuenit in ſupficie terre natās humidū qḋ frig⁹hie mis induxit:tū ex pluuijs:tū ex ꝯuerſione aeris in aquā:tū etiā exp̄mēdo ex terra:ꝛ iḋ tūc agit i humidū:ꝛ facit multā māꝫ vapoꝝ humidoꝝ. Jtē nota ꝙ grādo cadēs nō ſolū de/ ſtruit fructus quos inuenit:ſꝫ etiā impedit fertilitatē terre in ſequēti āno:ꝛ ea q̄ pcutit reddit inutilia intantū ꝙ etiā iu/ mēta nō delectabiliter accipiūt ea in cibū:qḋ nō facit gut/ ta magna:ꝛ h̄ iḋ q2 frigus multū ē in grādine. Frigus aūt ē q̄litas mortificatiua:ꝛ h̄ valde manet i aq̄:q̄ liq̄facta in grā dine humefacit terrā ꝛ impedit fertilitatē ei⁹:ꝛ īfuſa fructi bus extinguit in eis calidū nāle:digerēs hūidū nutrimēta/ le fructuū:ꝛ iḋ crudū remanēs generat iuītiſ abominatio nē.ꝛ illa ꝯtus bene durat p totū annū:ergo ꝛc̄.Gutta aūt ma gna cū ſit calida totū facit oppoſitū quādo ſola venit:ita ꝙ 146 grādo eā nō ſeq̄tur:eſt eñi ipa bone cōmixtiōis cū aereo ꝛ ſubtili terreſtri.ꝛ hꝫ mltum in ſe de calore vaporis ex quo ſit.ꝛ ideo optime infundit terraꝫ:ꝛ ſi ledit aliquos fructus teneros:hoc non facit niſi ex vi percuſſionis.

Graneo.a grano nas dicit̄ graneo nes nui.i. habere vl̄ emit tere grana.vnde granesco ſcis inchoatiuum.

Grano nas in granum exponitur.

Granū.a granis ḋr h̄ granū ni:q2 creſcēdo grāde efficit̄.ꝛ ē gñale cuiuſlibet legumis:p excellētiā tñ frumētū ḋr granū vñ h̄ granulū li:ꝛ h̄ granellū li dimi.ꝛ h̄ granariū rij locus vbi granū reponit̄. Jtē a granū ḋr grano nas naui nare.i. granis implere.Et ꝯponit̄ cū ꝑpōnibus cō de e in ꝛ dicit̄ ꝯgrano nas.degrano nas.i.grana excutere vel auferre.egra no nas idem quod degrano nas.ingrano nas.i.intus gra/ nare.vel grana in horrea imittere ꝛ reponere. Grano ꝛ ei⁹ compoſita ſunt actiua:ꝛ pducunt hanc ſyllabam gra.

Graphia.a grāma vel grāmatō apud grecos ḋr graphos.i. ſcriptor. vñ graphia.i.ſcriptura : ꝛ grapho phas.i. ſcribo bis pſi.Et componitur apud grecos:vt catagrapho phas.i. tranſcribo pſi.ꝛ ſunt diuerſe prepōnes cate ꝛ cata: ꝛ ita eſt alia compoſitio in preterito:alia in pñti.aliē eñi iūctura cō poſitionis nō maneret imobil̄:qḋ Priſ.aſſerit aperte.Et a grapho h̄ graphos.i.ſcriptor.ꝛ acuit penul.graphia.

Graphius.a graphia ḋr h̄ graphius phij:ꝛ h̄ graphium phij ſtilus cum quo ſcribitur in cera.

Graphus phi in graphia vide.

Graſſor ſaris ſatus ſuꝫ a gradior deris:ꝛ eſt graſſari inuadere: ppetrare:latrocinari: predari: impugnare. proprie graſſari eſt crudeliter gradi.ꝛ dicitur ſic ab impetu gradiendi.vt di catur graſſari q̄ſi cū impetu gradi ad crudeliter agēdū. vn/ de graſſator q̄ crudeliter agit latro.predator.ſeuiēs.crude lis.ꝛ homicida.Et ponit̄ graſſari q̄ꝫ pro niti vel conari. vide ergo ne ponas graſſari pro craſſari.ꝛ ecōuerſo. Jn.ij. Regum ca.viij.dicitur.Ut ceſſet indignatio que graſſatur in populo.i.que deuaſtat vel crudeliter graditur.

Grates gratiū ſe.ge.i.grē.ſꝫ grates deo agunt̄.grē vō hoībus ſꝫ h̄ ſepe corrumpitur apud auctores.grē eñi ſepe referunt̄ deo.grates hoībus.ꝛ dicitur grates a gratia.

Gratia tie ḋr a gratis.ꝛ ē grā donū vl̄ donatio:amor.ꝛ ḋr grā q̄ſi gratis data.vñ h̄ gratiola le dimi.pua grā. ꝛ gratioſus ſa ſū.i.grā plen⁹.Et ꝯparat̄ gratioſus ſior ſim⁹.ꝛ īde gratio ſe ſius ſime aduer.ꝛ h̄ gratioſitas tatis. Et ꝯponit̄.vt igra/ tioſus ſa ſū.i.nō gratioſus.ꝛ ſilr ꝯparat̄.Et ḋr ppē gratio/ ſus q̄ plus vnicuiqꝫ ꝙ̄ mereat̄ tribuit.Quare vni nō dent̄ oēs grē hēs i ꝟtus. Hic nota ꝙ ē grā gratis data.vt bñ le/ gere.cātare.ꝑdicare.ꝛ ſilia.ꝛ hmōi grē nō dat̄ oēs vni.imo (vt dic̄ Aplo) diuiſiōes graꝝ ſūt.alii dat̄ ſmo ſapie.alij ſer/ mo ſcie.alij genera līguaꝝ ꝛc̄.Et ē grā gratū faciēs.Et circa hāc pōt q̄ri.an det̄ ſm capacitatē viriū nāliū:Ad h̄ dico ꝙ mēſura ſꝫ quā dat̄ grā gratū faciēs vl̄ charitas.ē capacitas ipſi⁹ aīe.q̄ ē ex nā ſil̄ ꝛ diſpōne.q̄ ē p conatū operū.ꝛ q2 ſꝫ eūdē conatū opꝫ magis diſponit̄ nā melior.ideo q̄ hꝫ me liora nālia:dū ſit par conat⁹ magꝭ recipit de pfectiōib⁹ ifu/ ſis.ꝛ q̄ hꝫ peiora nālia q̄qꝫ magꝭ recipit ſi aſſit maior cu/ nat⁹. Jtē ſcias ꝙ ē gratia opans ꝛ cooperās.ſiue ꝑueniens ꝛ ſubſequēs.Gratia vō cooperās adiuuat ne fruſtra velis

Utrāq3 gratiā: vt dicit Aug. s. pueniētē ⁊ subsequētē. i. operātē ⁊ coopantē: apl's omēdās dixit. Nō ē volētis nec currētis: s3 dei miserētis. nō eni iō de⁹ miseret alicui⁹ q2 voluit ⁊ cucurrit: s3 iō voluit ⁊ cucurrit q2 misert⁹ ē ei deus. Paratur eni volūtas hois a deo: ⁊ a dño gressus hois dirigūtur. Jdq3 ogrue ait apl's. Nō ē volētis nec currētis: s3 dei miserētis: nō q2 h' sine volūtate nr̄a agat: s3 q2 nr̄a volūtas nil boni agit nisi diuinit⁹ adiuuet. vñ Apl's alibi di ē. Nō ego s3 gr̄a dei mecū: nō ideo dic ē q2 nil boni agebat: s3 q2 nil boni ageret si illa nō adiuuaret. Et videt quibusdā nō irrōnabilit q2 vna ⁊ eadē sit gr̄a ⁊ donū: eadē vtus q̄ opat ⁊ coopat s3 pp ei⁹ diuersos effect⁹ dr̄ opans ⁊ cooperās. operās eni dr̄ inq̄ntū pxpat ⁊ liberat volūtatē hois vt bonū velit. coopans inq̄ntū eādē adiuuat ne frustra velit. s. vt opus faciat bonū. ipa eni gratia nō est ociosa. s3 meret augeri: vt aucta mereat ⁊ pfici. Et scias q gratia sanat formalit: vt dicā i sacrm. Itē volo te scire q grarū actio ē iuitatio ad plus dādū. Utrū hō sine gr̄a possit nō peccare dicā i pecco cas.

Gratificor caris catus sū ex grat⁹ ta tu3 ⁊ facio cōponit. ⁊ est gratificari gaudē: vl' gratias agere: vl' gratū facere: vl' cōpare. vñ gratificus ca cū. i. gratus vl' gratū faciēs. pprie āt dr̄ gratificus q̄ facit bonum gratis. gratiosus q̄ plus vnicuiq3 q̄3 mereatur tribuit. gratus tm̄modo aio. gratificus ⁊ aio ⁊ corpore dicitur penul. gratificor cor. s. fi.

Gratis aduerbium qualitatis. sc3 spōte: sine causa: sine spe remunerationis: sine precio.

Grator taris in gratulor vide.

Gratuite ⁊ gratuito in gratuitus vide.

Gratuit⁹. a grat⁹ dr̄ gratuit⁹ ta tū. i. gratis datus ⁊ bitus. vñ gratuite aduerbiū. i. gratis: spōte: sine causa: p quo inuenitur q̄q3 gratuito ablatiu⁹ vl' datiu⁹ posit⁹ aduerbialiter.

Gratulor A gratus ta tū dr̄ gratulor laris latus sū: ⁊ grator taris in eodē sensu. i. gaudere vl' gratias agere. vñ h' gratulamē minis: ⁊ gratulabūdus da dū. i. letus vl' letabūd⁹. ⁊ gratulanter. i. letanter. ⁊ cor. predicta tu.

Gratus. a gratia dr̄ gratus ta tū: ⁊ sig̃t tria. nā gratus. i. gratiā seruās: gratiosus: acceptabil': placit⁹. ⁊ grat⁹. i. memor bñficij. ⁊ grat⁹. i. remunerat⁹. ⁊ cparat grat⁹tior tissim⁹. vñ grate tius tissime aduer. ⁊ h' gratitudo dinis. Et cponit: vt ingrat⁹. i. nō grat⁹. ⁊ dr̄ grat⁹ q̄si gr̄e dat⁹. ⁊ ē etymo. ⁊ pdu. pmā. Unde Horati⁹: Grata supueniet que non sperabit hora.

Grauascellus li mas. ge. aliquātulū grauis: ⁊ dicit a grauis.

Graueo ues in grauis vide.

Grauidus da dum in grauis est.

Grauis. a grādis deriuat h' ⁊ h' grauis ⁊ h' ue: q2 q̄ grādia sūt g̃uia solēt eē. ⁊ est g̃ue de nā: s3 grauidū de accñti. i. fecūditate: vt arbor grauida pomis: mulier g̃uida fetu. Itē graues dicim⁹ autēticos venerabiles. vñ ⁊ ɔtēptibiles leues dicimus. ⁊ dr̄ g̃uis p cōsilio ⁊ ɔstātia: q2 nō leui motu dissilit: s3 fixa ɔstātie grauitate ɔsistit. Et cōparatur g̃uis uior uissim⁹. vñ grauit pōderose: vehemēter: moleste. graue uius uissime aduer. ⁊ h' grauitudo: ⁊ h' g̃uitas. i. firmitas: venerabilitas: maiestas. ⁊ h' grauedo dinis. Grauitas ex pōdē animi ⁊ snia ɔstat. s3 g̃uedo vl' grauitudo corpis ē. Itē q̄nta hois etas dr̄ g̃uitas: q̄ ē declinatio a iuuētute i senectutē. necdū senect⁹: s3 iā nō iuuēt⁹. Itē a g̃uis dr̄ g̃uo uas. vñ g̃ueo. i. eē vl' fieri g̃uē. ⁊ hinc g̃uesco scis inchoa. Grauo cōponit: vt aggrauo uas: ɔgrauo uas: degrauo uas. i. valde g̃uare de-orsu3 vl' exonerare. alleuiare. ingrauo uas. ingrauat aliq̄s pōdē alieno. s3 g̃uat suo. pgrauo uas. i. pre aliis g̃uare. Grauo ⁊ ei⁹ ɔposita actiua sūt. ⁊ cor. hāc syl. gra. Unde Prosper Nulla aīa est q̄ nō mortali a carne g̃uet. Itē a g̃uis grauidus da dū. grauida ē q̄ ē pxia ptui: q2 iā g̃uet. pgnās vō q̄ ɔcepit. Grauidus cōparat. vñ h' g̃uiditas tatis. ⁊ grauido das vbū acti. ⁊ cor. penul. Grauis mlta sig̃t. vt p3 i his v'sib⁹ Pōd⁹: psona. vir lectio. femia pgnās. Quoq3 molestat dr̄ eē g̃ue. Et cōponit grauis. vt ɔ̄grauis. i. valde g̃uis. ⁊ grauisonus na nū. ⁊ g̃uidicus. ⁊ grauiloquus qua quū. i. g̃uia sonans. dicens. loquens. i. ponderosa. molesta. vehementia.

Grecus ci fuit rex grecie. vñ h' grecia cie. ⁊ hinc grecus ca cu3 ⁊ grecul⁹ la lū. ⁊ grecor caris. i. loq̄ vl' habē se more grecor. qd aliter dr̄ grecisso sas siue grecissor saris depo. Greci diuisi sunt in q̄nq3 ptes. Quidā dicunt attici. quidā boetes. quidā coles. quidā dores. quidā iades: vñ ⁊ lingue grecorum dicuntur q̄nq3. s. attica. boetica. colica. dorica. iadica. ⁊ proda. gre. De regno grecorum dixi in chaldei.

Gregarius in grego gas est.

Grego gas. i. vnare. s3 nō est in vsu. ⁊ cōponit cū ad. ⁊ mutato d in g dr̄ aggrego gas. itē cū ab. ⁊ dicitur abgrego gas. i. dissociare. itē cū cō. ⁊ dr̄ cōgrego gas. itē cum dis. ⁊ dr̄ disgrego gas. i. dispgē. itē cū se. ⁊ dr̄ segrego gas. i. separare. ⁊ ab oibus istis vbalia. ⁊ aggregatim. i. adunati3 cōmuniter abgregatim. dispersim. congregatim. segregatim. Grego ⁊ eius composita sunt actiua: ⁊ cor. gre.

Gremiū mij. i. sinus. vñ h' gremiolu3 li dimi. ⁊ gremiosus sa su3. ⁊ gremiat⁹ ta tū. qd h3 gremiū. Itē a gremiū gremio as aui. ⁊ ē gremiare gremiū accipe vl' locare. Et ɔponit vt aggremio as. i. i gremio accipe. ɔgremio as. degremio as gremiū destruē. vl' a gremio pijcē. igremio as. i. i gremio accipe. vl' i gremiū mittē. subgremio as. sursū gremiū faciēdo pānos eleuare ⁊ succīget. ⁊ ē acti. gremio cū oib⁹ suis ɔpo.

Gressus. a gradior deris dicitur hic gressus sus sui. i. passus. pes. vel vestigium pedis. ⁊ gressus sa sum participium.

Gressutus. a gressus dr̄ gressutus ta tum penul. pdu. qui magnos habet pedes. vel magnos facit gressus.

Grex. a grego gas dicitur h' grex gregis. ⁊ differt ab armēto quia armentum maiorum est. vt equorum. boum. grex minorum. vt caprarum. ouium.

Grillus li nomē h3 a sono vocis. h' retro ambulat. terrā terebrat. stridet vocibus. venatur enim formicam. vñ h' grilletum ti locus vbi abundant grilli.

Griphes phis mas. ge. vel griphen phes aial q̄drupes ⁊ pennatū. sunt enim griphes alites fere. ⁊ sunt in oibus leonib⁹ siles. preter alas ⁊ facies. quibus aq̄lis cōueniūt: ⁊ multu3 equos infestant. ⁊ eis inimicantur adeo q eq̄tē armatū cū equo in sublime raptāt: vt dic Hug. Ul' dic fm Remigiu3 q griphes sunt aialia terribilia ⁊ fortia. q̄ corp⁹ hñt leoninū. pedes aūt ⁊ alas ⁊ rostrū vt aq̄la. ideoq3 p terram currunt vt leones p aera volant vt aues. Uide in armaspi.

Grippus pi. i. supbus. ceruicosus. vñ canes supbos ⁊ ignobiles gripos vocamus quia pre ceteris superbi sunt.

Grosseo in grossus est.

Grossulus in grossus vide.

Grossus. a grauis dr̄ grossus sa su3. Et cōparat. vñ hec grossitas: ⁊ h' grossitudo dinis. ⁊ h' grossicies ei. ⁊ h' grossus si. et sunt grossi ficus imature. inhabiles ad comedendū. et p̃pe p̃mitine q̄ ad pulsu3 vēti facile cadūt. Unde Apoc. vi. Sicut ficus mittit grossos suos. cū a vēto magno mouet. Ite3 a grossus grossulus la lū dimi. et grosso sas. i. facere grossū. ⁊ cōponitur. vt ɔ̄grosso sas. degrosso sas. i. subtiliare. igrosso sas. Et est actiuū cū oibus suis cōpositis. Ite3 grosso sas grosseo ses. eē vel fieri grossu3. et hinc grossesco scis ichoa.

Grucula le dimi. parua grus penul. cor.

Gruinus na nū qd pertinet ad gruem. et dicitur a grus.

Grumo mas maui mare. i. dirigere vl' eq̄tare vel tumere. vñ grum⁹ mi. i. cumul⁹. aceru⁹. ɔgeries. et hinc h' grumul⁹li in eodē sensu. vñ grum⁹ vl' grumulus dr̄ ager a tumore. et h' gruma me. i. crusta q̄ fit in lateribus dolij ppter vinum. vñ grumosus sa sum. Et cōparatur. vñ hec grumositas tatis.

Grumulus in grumo est.

Grunda de fe. ge. inferior pars tecti cāpane a q̄ stillat aq̄. vñ hec grundula le dimi. et grundo das. i. grundū facere. vel a grūda guttas aq̄ fundere. vel a grunda cadere guttatim. et inde h' grundatoriū rij idē qd grundat. vl' quod distillat a grunda. Et p cōpositionem hec suggrunda de quod est inter tectum et parietem. vel ipsa grunda.

Grunio nis niui nire nitū ppe suis est. vñ h' grunitus tus tui ipsa vox suis: et pdu. penul. grunitus. et etiā gru. Unde q̄da3

dinnit equ⁹: grũnit porcus: pipiat quoqꝫ nisus. Et scias q Sidoni⁹ in li. de natur reꝝ ponit ꝓpa ṽba aialiũ ſm vocẽ q̃ h̄ i pte ponem⁹: baiulare latrare ẽ: ꝛ ꝓpe canũ: leonũ ẽ rugire: tigridũ recanare: pardoꝝ felire: pãtheraꝝ caulire: vrsoꝝ vacare vel seuire: apꝝ frẽdere: lincũ lincare: lupoꝝ vlulare: spẽtũ sibilare: onagroꝝ mugilare: ceruoꝝ rugire: boũ mugire: equoꝝ hinire: asinoꝝ rudẽ: porcoꝝ grũnire verris crucia re: arietũ lorectare: ouiũ balare: hircoꝝ micire: hedorũ bebare: vlpiũ gãnire: catuloꝝ glatilare: leporũ ꝛ pueroꝝ vagire: mustelaꝝ drinolare: muriũ pipicare: soricum deisticare: elephãtũ barrire ranaꝝ coaxare: coruoꝝ crocitare: aq̃laꝝ clãgere: accipitrũ pipiare: vulturũ pulpare: miluoꝝ lipire: olorũ drẽsare: gruũ gruere: ciconiaꝝ crocolare: anserũ sclingere: anatũ restrissicare: pauonũ paupulare: galloꝝ cucurrire: crãbanoꝝ frigulire: noctuaꝝ cucubire: cuculoꝝ cuculare: merulaꝝ zinziare: turdoꝝ trucilare vl̃ sturcitare: sturnoꝝ pallicare hirũdinũ fritinire vl̃ minurrire. Dicũt tñ q̃dã. Minurrire ẽ oiũ minutissimaꝝ auiculaꝝ. Gallinaꝝ ẽ crispare: passerũ cinciare: apiũ bombicare vel bombilare: cicadaꝝ frinicare.

Gruo is ui gruitũ. ꝯuenire: ꝯcordare: ſ; nõ ẽ i vsu. ꝛ ẽ tractũ a gruib⁹: vñ a grus dr̃ q: maxie i volatu ꝯcordiã ſuãt. vñ dicũt dedicati ꝯcordie. Ul' iõ tractũ ẽ a gruib⁹: q: ẽ tibijs gruũ solẽt fieri fistule q̃ maxiaꝫ reddũt ꝯueniẽtiã: ꝯsonãtiã ꝛ ꝯcordiã. vñ ponit gruere p ꝯuenire. Et ꝯpõit cũ cõ. ꝛ dr̃ cõgruo is. i. ꝯuenire ꝛ ꝯcordare. Itẽ cũ dis. ꝛ dr̃ disgruo is dis cõuenire ꝛ discordare. Itẽ cũ in: ꝛ dr̃ ingruo is. i. maturare iminere: ipẽdere: istare ꝛ ꝓpe dr̃ de malo. Malũ igruit: q̃si ꝯ ꝯgruũ. ꝛ bonũ ẽ qd̃ ipẽdet. i. cũ ꝯgruitate vẽit. Gruo neu. ẽ cũ oib⁹ suis ꝯpositis. ꝛ faciũt pteritũ i grui: ꝛ sup. i gruitũ.

Grus gruis tertie declin. ge. cõis. a sono vocis dr̃. Et scias q grues maximã ſuãt in volatu ꝯcordiã. vñ dicũt dedicate ꝯcordie. vñ Ambro. i Hexa. Grues initussi ꝛ volũtario vsu in nocte sollicitã exercẽt custodiã: dispositos vigiles ſuãt: ꝛ ceteris ꝯsortib⁹ generis q̃escẽtib⁹ alie circũeũt ꝛ explorãt neq̃ ex pte isidie tẽtent: atqꝫ differũt i pigro suo vigore tutelã postubi vigiliaꝝ fuerit tps ipletũ. pfuncta munere i somnũ se pmisso clãgore ꝯponit. vt excitet dormiẽtẽ cui vicez muneris traditura ẽ. at illa volẽs suscipit sortẽ. nec vsu nostro iuita ꝛ pigrior somno renũciat. sed impigre suis excutit e stratis. vicẽ exequitur. ꝛ quã accepit gratiã pari custodia atqꝫ officio repñtat. ideo nulla discretio. q: deuotio naturalis. iõ tuta custodia. q: volũtas libera. Hũc etiã volantes ordinẽ ſuãt. ꝛ hac moderatiõe oẽm laborẽ alleuiãt. vt p vices fungant̃ duct⁹ sui munere. pcedit eni vna ꝛ pcurrit ceteris. deinde conuertit̃. ꝛ sequẽti sortẽ ducendi agminis cedit. Quid h̄ pulchri⁹: ꝛ ad laborẽ oib⁹ ꝛ honorẽ cõez. nec paucis arrogari potẽtiã. ſ; q̃dã in oẽs volũtaria sorte trãscribi antiq̃ hui⁹ reipublice mun⁹ ꝛ istar libere ciuitatis est. sic a pncipio acceptã a natura exẽplo auiũ policiã hoies exercere ceperũt: vt cõis eẽt labor cõis dignitatis p vices singuli ptire curua discerẽt obseq̃a: impiaqꝫ diuidẽ nemo eẽt honoris exors: null⁹ immunis laboris. h̄ erat pulcherrim⁹ reꝝ stat⁹: nec isolescebat q̃sq̃ã ppetua ptãte. nec diuturno suitio frãgebat̃. q: ꝛ sine iuidia erat ordie muneri: ꝛ tpis moderatiõe delata pmotio: ꝛ tollerabilior videbat̃ que cõi cadebat sorte custodia. nemo audebat aliũ suitio pmere. cui⁹ sibi successuri in honorẽ mutua forẽt subeũda fastigia. nemini labor grauis quẽ dignitas secutura releuaret. ſ; nec quẽ iuenies hoiez q̃ spõte deponat impiũ. ꝛ ducat⁹ sui cedat insignia. fiatqꝫ volẽs i nũero postrem⁹ ex pmo: Nos aũt nõ solũ de pmo. ſ; etiã de medio sepe ꝯtẽdimus. ꝛ pmos discubitus i ꝯuiuio vẽdicam⁹. ꝛ si semel delatũ fuerit. volum⁹ ppetuũ3. ꝛ ideo etiaꝫ ipsa laboris functio diutius sustinetur.

G ante U

Guadia debita ꝯstitutio. vñ guadiare guadia ꝯstituere. vel guadiã firmare. Et cõponitur: vt deguadio as guadiã frangere. inguadio as valde guadiare.

Gubernio onis. i. gubernator. ꝛ dicitur a guberno nas nare.

Guberno nas naui cõponitur a cohibeo ꝛ hiberna. ꝛ dicitur gubernare regere: custodire. ꝛ ꝓprie ptinet ad nautas. vnde dr̃ gubernare. i. cohibernare. i. cohibere hiberna. i. tẽpestates maris. vñ h̄ gubernator toris. i. q̃si cohibernator. q: cohibeat prudẽtia sua hiberna. i. tempestates marinas. ꝛ hoc gubernaculum li cũ quo aliq̃d gubernat̃: vel temo nauis. Act. xxvij. Iuncturas gubernaculorum.

Gula. a gala grece dr̃ hec gula le. i. anterior pars colli. posterior dicitur ceruix. ꝛ dicitur gula a gala. q: illa pars colli solet eẽ cãdida. Uel dicitur gula a gutture. ꝛ inde gulosus sa sum. i. leccator. Et ꝯparat̃ sior sissimus. vñ gulose sius sime aduer. ꝛ hec gulositas tatis. ꝛ cor. gu. vñ in Aurora dicitur Cepas post manna turba gulosa petit. 147

Gulo las laui lare dr̃ a gula. ſ; nõ ẽ in vsu. ꝛ ꝯponit̃: vt degulo las. i. deuorar̃ vl̃ gulã a mãtello vl̃ alia re auferre. vl̃ valde gulã aptare. ⱺ; aũt dr̃ gulare q̃si gule dedere ꝛ degulatos q̃si gule dedit⁹. ethymo. ẽ. Itẽ ingulo las. i. i gulã mittere vl̃ deuorare. vl̃ igulare ẽ mãtellũ vl̃ aliud gule aptare. itẽ trãsgulo las vltra gulã deorsũ imittere. s. trãsglutire. Itẽ cõponit̃ cũ stringo ꝛ dr̃ strãgulo las stringere gulã ꝛ iterficere. Gulo las ẽ actiuũ cũ oib⁹ suis cõpositis. ꝛ cor. hãc syl. gu. sicut ꝛ gula. Uñ q̃dã. Indulgere gule noli. q̃ vẽtris amica ẽ. Itẽ a gula gulo lonis. ꝛ hic gulonus ni ambo pro leccatore.

Gulonus ni vel gulo lonis in gulo las est.

Gulus. a guttur dicitur hic gulus li genus nauigij pene rotundum ad modum. gutturis.

Gummi. a gutta dicitur h̄ gũmi indecli. lachryma. arboꝝ q̃ ẽ quasi gutta. ꝛ pmo gutta exit a ligno. ꝛ inde duresciit ꝛ fit gummi. Et hinc gummosus sa sum.

Guna vel guina vas vitreũ vl̃ cucurbita. qd̃ vẽtosa dr̃. ꝛ videtur dici a gula q̃si gulosa i sanguie accipiẽdo. vl̃ a cucurbita ꝓpter silitudinẽ. vl̃ q: de ea fit ſm Hug. Pap. ṽo dic Guna vas vitreũ. q̃ a latinis a silitudine cucurbite ventosa vocatur. q̃ aiata spũ p igniculũ in supficiẽ trahit sanguinẽ.

Gurdus. a guttur dicitur gurdus da dũ ineptus. stult⁹. inutil. importunus. ꝛ pcipue in comesationibus recipiendis.

Gurges gitis mas. ge. ꝓprie locus altus ꝛ pfundus in flumine. p tapinosim tñ ponitur sepe p mari vel p loco pfũdo i mari. quã tapinosim solẽt etiam auctores eleuare p adiunctionẽ epitheti istius. s. magnus ꝛ altus. vl̃ vastus vl̃ ꝯsimiliũ. ꝛ dr̃ gurges a guttur. q: est q̃si glutor fluminis. A gurges deriuatur gurgito tas vorare. iplere. vel deuorare. ꝛ est acti. cũ oibus suis ꝯpositis. ꝛ cor. pe. sic ꝛ gurges in obliq̃s. Uñ Ouid. de arte. Q̃ro minime credis gurgite piscis erit.

Gurgito tas in gurges est.

Gurgulio onis. a guttur dr̃ h̄ gurgulio onis q̃dã pars in ore cui primũ ẽ rumẽ. cuius meat⁹ ad os ꝛ nares ptẽdit̃. hñs viã q̃ vox ad linguã trãsmittit̃ vt ṽba possint collidere. itẽ gurgulio inuenitur p quodã ṽme q̃ comedit legumina. sed in hac significatiõe dꝫ potius scribi p c. vñ i c dixi de curculio.

Gurgustiuꝫ. a guttur vel gurgulio (qd̃ potius curculio dr̃) dr̃ gurgustiũ stij cella modica vel domus pauperũ angusta secreta ꝛ tenebrosa. vl̃ locus tabernaꝝ tenebrosus vbi turpia cõuiuia fiũt. vl̃ vbi pisces mittunt̃. vl̃ rhete piscatoriũ. q: i aq̃s curculiões dephẽdere solẽt. vñ i Iob. xl. Nunq̃d implebis sagenas pelle eius. ꝛ gurgustium piscium capite eius.

Gurgutinus na num ad gurgitem pertinens. ꝛ dicitur a gurges gitis. ꝛ producit ti.

Gustito tas penul. cor. verbum frequen. i. frequenter gustare.

Gusto stas in gustus vide.

Gustus. a guttur dr̃ h̄ gust⁹ stus stui vn⁹ de q̃nqꝫ sensib⁹ corpis. ꝛ inde gusto stas staui stare. i. libare. qd̃ vulgo dr̃ assaꝫ stare. Et ꝯponit̃: vt aggusto stas. i. valde vl̃ iuxta gustare. Itẽ degusto stas. i. valde vl̃ deorsuꝫ gustare. vl̃ de aliquo gustare. Itẽ pgusto stas plibare: ante gustare. Itẽ regusto stas iterum gustare. Gusto ꝛ eius composita sunt neutra.

Gutta te est aqua q̃ stat ꝛ parũ fluit. stilla ṽo q̃ cadit. hinc stillicidiũ stilla cadens. stiria eni greci ẽ. i. gutta. ꝛ inde dimi. dr̃ stilla. dũ aũt stat aut pẽdet de tectis vl̃ arborib⁹ q̃si glus

tinosa gutta e. vñ gutto qsi gluta. i. glutinosa a glutie: vñ ce cidere stilla. Gutta et dr qdã infirmitas. τ scribit p duo t ꝫ Pris. Et a gutta dr gutto tas. i. guttati cadẽ: vl guttati fũ dere: vl gutti pfudẽ. vñ h guttamẽ minis. Gutto 9ponit: vt 9gutto tas. degutto tas. igutto tas. pgutto tas. regutto tas. suggutto tas. i. subtus vl pap guttare. Gutto p guttatiꝫ ca dere neu. e: al'a cũ suis 9positis e actiuũ. Itẽ a gutta dr gut tosus sa sũ. i. plenus guttis. Uide in grando: τ in ventus.

Gutto tas in gutta exponitur.

Guttim. i. guttatim aduer. a gutta dicitur.

Guttula le dimi. parua gutta.

Guttulus li quidã minutus piscis dicitur a gutta.

Guttur turis neu. ge. dr a garrio ris. τ dr guttur qsi garrur: qꝛ inde garritus procedat. τ produ. p.mã positione. vñ in Au rora. Quod guttur transit non comperitur ibi.

Gutturna. a guttur dicitur hec gutturna ne infirmitas guttu ris: que solet cum inflatione gutturis euenire. vnde guttur nosus sa sum illam habens infirmitatem.

Gutturnium nij quoddã vas aqtile in inferiori parte gforatũ quod inferius deguttat aquam. τ dicitur a gutta.

Guttus ti mas. ge. genus vasis vnguẽtarij p breuitate a gut ta dictus. vñ h guttũ ti vnguẽtũ in eodẽ repositũ. vñ Juue nalis. Non opposito pauidus tegit inguina gutto.



Abel interpretatur iustus vel luctus quo noie pfigura baf occidẽdus. idẽ τ vanitas: qꝛ cito so lutus vel sublatus est τ subtractus.

Habena. ab habeo dr hec habena ne. i. lorũ vel retinaculũ freni: qꝛ ea hẽmus τ retinemus equos. vñ habenatus ta tũ habenã hñs vl ha bena ornatus. τ habeno nas. i. habenam regere: vel habe nam preparare τ ornare τ produ. be.

Habenula le dimi. parua habena.

Habeo bes huius bitũ 9ponit cũ ad: τ dr adhibeo. itẽ cũ cõ: τ dr cohibeo hes abiecta n aliqñ tñ retinet n: τ dr cõhibeo hes. itẽ cũ de: τ dr dehibeo hes. itẽ cũ ex: τ dr exhibeo hes. itẽ cũ in: τ dr inhibeo hes. i. veto. itẽ cũ p: τ dr phibeo hes. itẽ cũ pre: τ dr pꝛhibeo hes. itẽ cũ p: τ dr phibeo hes. itẽ cũ re: τ dr rehibeo hes. Habeo τ eius composita sunt actiua: preter co hibeo vel conhibeo: quod est neu. Item omnia faciunt pre teritum in hui: τ supinum in bitum: τ omnia cor. ba vel bi.

Habilis ab habeo hes dr h τ hec habil' τ h le ad habendum cõmodus: aptus: τ opoꝛtunus: cõgruus. Et cõparat. vñ ha biliter liꝰ lissime aduer. τ hec habilitas tatis. Et cõponit: vt inhabil' i. non habilis. vñ hec inhabilitas tatis. τ cor. bi.

Habito. ab habeo hes hui bitum bitu u in o fit habito tas. τ cõponit cũ cõ: τ dicitur cohabito tas. i. sl habitare. itẽ cũ in τ dr inhabito tas. i. colere: intus habitare. Hebeo τ eius cõ posita sunt oĩa neu. ꝫ eni habito fit frequẽ. tñ qꝛ significa tionẽ mutauit sui simplicis: mutauit τ genus cuꝫ significa tione: quã tñ oino nõ mutauit: qꝛ qui habitat locũ aliquem frequẽter illũ hꝫ. vñ cũ hõ ẽ in expeditione: nõ dr habere lo ca in quibus manet ad tps: qꝛ nõ frequẽter illa habet.

Habitudo dinis in habitus est.

Habitꝰ. ab habeo dr habituꝰ tus tui. i. qlitas corpis p applica tionẽ aduenies difficile mobil. habitꝰ ille nil aliud ẽ q̃ ha bilitas ad actũ. Itẽ habitꝰ ẽ vestimẽtũ: vt iste monachꝰ ge rit habitũ monachalẽ. Itẽ bitus. i. statꝰ vl volitas: vl appe titꝰ: vl actꝰ siue passio hẽdi. Itẽ ab habeo bitus ta tũ ptici piũ. itẽ bitus ta tũ ponit p pingui. τ 9parat tioꝛ tissimꝰ. Et ab bitus deriuat h bitudo dinis. i. dispositio corpis. vl mo les: vl pinguedo. Uel bitudo dr aptitudo vel ppꝛietas ha bẽdi vl cõueniẽtia. vñ habitudinarius ria riũ q aliq̃ habi tudine se hꝫ ad aliquid vel quod pertinet ad habitudinem.

Hac tenus cũ scribit p h sunt due ptes hac τ tenus: τ duobꝰ accẽtibus debet pferri. ꝫ qñ nõ aspirat est vna pars: τ pe nul. grauatur. Uide in actenus in a littera.

Haeriani qdaꝫ heretici ab haerio dicti. hi offerre officium vl sacrificium pro defunctis spernunt.

Halo. ab alo lis vl alitus: vt dic Pris. venit halo las. i. spira re: halitũ mittere: vl redolere. vñ halitus tus. i. odor. Et cõ ponit halo cũ ex: τ dr exhalo las. i. foras emittere: vl de vi ta recedere. τ est neu. sic τ suũ simplex. Ab halo las dicit ha litus tus. i. spiratio. τ pdu. ha. sic halo las. vñ versus. Hali tus est flatus: alitus nutritus habetur.

Hamatus ta tum in hamus vide.

Hamis miris mas. ge. i. fuscina: aucupabil. s. virgula que fusti net rhete in quo capiuntur fere: vel q̃ leuat rhete in quo ca piuntur aues. τ dicitur ab hamus. τ cor. mi.

Hamꝰ mi mas. ge. ẽ ferrũ recuruũ cũ quo capiũt pisces: τ pd. pmã. ꝫ amo mas cũ cor. vñ vsus. Unã spamo cuiꝰ nõ sol uor ab amo. Hamꝰ ẽt ẽ squamula loice. τ tũc ẽ pdu. pmã Dicit ẽt hamꝰ asser cũ clauis q̃ subtegit terra i vineis sub arboꝛibꝰ defendẽdis: vl in domo circa scrinia τ thesauros vt si aliqñ fur ingrediat: eiꝰ pedibꝰ ifigat: τ ita fur dephẽ dat: τ tũc cor. pmã. Et ab hamꝰ pisciũ vl loice dr hamat ta tũ. i. curuatꝰ ad modũ hami vel vncinis circũdatꝰ: vel sq̃ mis cõtextus. Uñ Reg. i. c. xvij. Et loꝛica hamata.

Hara re qñ ponit p stabulo porcoꝝ aspirat: τ cor. pmã. ꝫ p altari pdu. pmã: τ nõ aspiratur. Uide in ara de littera a.

Hasta. ab astu p callido h hasta ste: qꝛ astutũ q̃rit oĩꝫ i ea vtẽ da. vñ hastatꝰ ta tũ. τ asp'at hasta ad differẽtiã huiꝰ vbi astꝰ modi impatiui: vl mltũ incrassescit ibi aspiratio ꝫ Hug.

Hastifer ra rum. i. qui fert hastaꝫ. τ cõponitur ab hasta τ fero fers τ cor. penul. vbiqꝫ.

Hastiger ra rum. i. hastã gerens. τ cõponitur ab hasta τ gero ris τ cor. sti. τ ge. penul. sylla.

Hastile. ab hasta dr h hastile lis pen. pdu. τ ẽ dimi. τ ponit p ligno lãcee: τ p parte cãdelabꝛi a stipite directe pcedẽte.

Hastiludiũ dij qdã ludꝰ militũ cũ hastꝰ. s. qñ eqtes currũt τ frã gũt hastas. τ 9poit ab hasta ste τ ludo. ide hastiludioꝛ aris deponẽtale. i. talẽ ludũ exercere: qd vulgarit dr hohourder

Haud p nõ: est aduerbiũ negãdi: τ scribit p d: τ aspirat. Itẽ ꝫ Pap. haud secꝰ: nõ aliter: nõ pcul: nõ lõge. Itẽ inenitur aut coniũctio p t τ sine aspiratione. sicut dixi in a littera.

Haurio ris si stũ rire attrahere: τ ppꝛe aquã de puteo: τ ponit qñqꝫ p euacuare. qñqꝫ p extẽuare τ 9sumẽ. qñqꝫ p bibere qñqꝫ p peutere vl ferire. ide haustꝰ sta stũ pticipiũ τ h hau stꝰ tus tui. i. attractio euacuatio vl bibitio. inde haustiꝫ ad uer. Inuenit etiã austus sine aspiratione: ꝫ aliud significat sic dixi in a lrã in suo loco. Haurio cõponit cũ con τ dr co haurio ris abiecta n. i. sl haurio. dehaurio. i. valde haurire: euacuare. exhaurio ris in eodẽ sensu. Haurio τ eius cõpo sita actiua sunt: τ faciunt pteritũ in hausi: τ supinũ in hau stũ. Et nota q cũ vocalis parũ debeat aspirari: tñ in hac se cũda psona hauris multũ aspirat ad dñaꝫ huiꝰ nois auris τ gra cõsoñtii in oĩbus aliis psonis τ modis illiꝰ vbi: τ et cõ positis illiꝰ vbi multũ aspirat vocal. Et vt dicit Pris. in. x. li. Haurio ris si stũ differẽtie cã assumpsit t: quis in aspira tione differat. Hic dicit Pris. q audeo des deo mutata in sum etiã facit supinũ in ausum ad differentiam istius hau rio facit haustum interposita t: qꝛ deberet facere hausum: quia formatur a preterito hausi si mutata in sum.

Hauritoꝛiũ ab haurio ris dr h τ h haustibil τ h le. vl h τ hec hauribil τ h le: vl h hausoꝛiũ. qd etiã hauritoꝛiũ dr. s. locꝰ de quo vl vbi haurit. vl instrumẽtũ hauriẽdi. Itẽ ab hau rio hauritoꝛius ria rium quod pertinet ad hauriendum.

Haustibilis in hauritoꝛium vide.

Haustra. ab haurio dr hec haustra stre. qd τ haustrum in uenitur. i. rota hauritoꝛia ab hauriendo aquas. quod etiam hic girgillus dicitur. quia in girum vertatur.

Haustus in haurio ris exponitur.

H ante E

Hebdomada. hepta grece latine septẽ dicitur. vñ hec hebdo mas dis. τ h hebdomada de quasi heptoma da. a numero septẽ dictã. quoꝝ repetitiõe τ mẽses τ anni τ secula pagi

tur. Dan. xi. Hebdomas vna. et cor. do. vñ hebdomadarius ria riū qđ ptinet ad hebdomadā. et h hebdomadari⁹ rij q̄ p hebdomadā curā gerit p socijs sup cibarijs vl' i choro offi ciū fac. et facit vūm i e hebdomadarie. et vt dic̄ Pap. Heb domada dꝫ scribi p p:nā deriuat ab hepta grēco. i. septem latine: sꝫ qꝛ apđ latinos p aī d nō repit: trāsit p i b sꝫ quos dā: et dꝛ hec hebdomada: et h veriū ē. Uide ēt in e littera.

Hebdomas dis penul. cor. tam in ntō q̄ȝ in gtō: exponitur in hebdomada. et inueniť in Dan. cap. ix. dicit̄ eniȝ ibi. Cōfir mabit autēȝ pactum multis hebdomas vna: et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium.

Heber fuit pnepos Sem. et interptat̄ trāsit⁹. et h iterptatio ē mystica: qꝛ ab ei⁹ stirpe trāsiret de⁹ nec pseueraret i eis trāsf lata ad gētes grā. ex ipso enī orti sūt hebrei et dicti. Ab he ber deriuat̄ hebre⁹a um. qđ iterptat̄ trāsiēs vl' trāsitus vl' trāsitor: pp dictā cām: qꝛ deus ab illa gēte trāsiret et recede ret. vel h noīe iudei vocati sūt ex quo mare rubꝛū trāsierūt vñ hebrei dcī sūt q̄dā heretici q̄si transitores: quo noīe ad monent̄: vt de priorib⁹ ad meliora transeāt: et pristinos er rores relinquāt. Et ab hebreus dꝛ hebraicus ca cum.

Hebenus ni penul. produ. fe. ge. arbor que cesa durescit in la pidem cuius lignum nigrum est: et dicitur hebenum. vnde hebeninus na nū de hebeno existens. et producit ni.

Hebeo bes bui ber. i. stupe: tardare: pigrere: obtūdi: obscurari. vñ hebesco scis icboa. ppe tñ hebescit q̄ nāe vsu tepescit. Hebeo cū oīb⁹ suis cōpositis si qua hꝫ neu. ē. et caret supi. et oīa cor. he siue noīa siue vba ab eo venientia. Ab hebeo dꝛ hebes betis. i. piger. tardus. obtusus. stupidus. amēs. Et cō parat̄ hebetior tissim⁹. vñ hebetiter tius sime aduer. Cui⁹ āt gñis sit hebes: dictū est in tertia parte de genere noīum: vbi agitur de oī gñe. et desinit ablatiuus in e vel in i.

Hebetesco scis in hebeto est.

Hebeto tas taui suffocare: obtusare: obscurare: hebetē facere et hinc hebeteo tes idē qđ hebere. s. eē vel fieri hebetē. vñ hebetesco scis icboa. in eodē sensu. ppie tñ hebetescit qui amittit aciem. hebescit vero qui nature vsu tepescit. Dia p dicta cor. he. et est actiuum hebeto.

Hebeo onis vl' hebeon onis. i. paup. vñ hebeonei vel hebeo nite dicti sūt q̄dā heretici q̄si a paupertate intelligētie. Chri stū enī per puentū solū virū iustū putāt effectū. hi semi iu dei sūt: et ita tenēt euangeliū vt legē carnalr seruent. Hinc hebeoneus nea neū: et hebeonic⁹ ca cū. vt hebeonica secta.

Hebeonite in hebeo exponitur.

Hebitudo. Ab hebes dꝛ h hebitudo dis. i. pigritia: fatuitas. obtusio. tarditas. et inueniť scriptū in Papia: et i moralibus Gregorij p hi. quidā volūt q scribat̄ p he. et producit tu.

Hebreus in heber exponitur.

Heccine sūt due ptes hec et ne: et grauat̄ penul. vñ h nō incli nat ꝯiūctio encletica accētū pcedētis syllabe ad se. i. iux̄ se. qđ accidit pp corruptōēȝ pcedētis vocalis. dꝛ eniȝ heccine cū deberet dici hecene: corrupta ē ibi syllabica adiectio ce qꝛ nō erat de substātia adiectōis: nec hēbat aliquē accētuȝ p se: cū careat sigatione: et nō sit dictio. et h fcm̄ est cā maio ris elegātie: vel cā necessitatis: qꝛ nō est ponēdus principa lis accentus sup aliquā syllabicā adiectionē: cū penitus ca reat sensu. et sic necessitas cogit eū corripi: nec diceremus heccine posito accētu acuto sup penul. et idē dicas de sicci ne. Itē cine adiungit̄ aliqū huic pnomini hic p syllabica adiectione. et tūc deberet legi nō iterrogatiue: sꝫ remissiue. vñ in. ij. ca. Tren. Plauserūt sup te manibus oēs trāseun tes p viā. sibilauerūt et mouerūt caput suū sup filiā hierl'm heccine ē vrbs dicētes pfecti decoris: gaudiū vniuerse ter re. Heccine. i. hec. Item. xx. c. Esa. Heccine erat spes nr̄a ad quos ꝯfugimus in auxiliū vt liberarent nos a facie regis assyriorū. et quō effugere poterimus nos. et ita aliqū in sic cine cine est syllabica adiectio: et tunc siccine idest sic.

Hecinus ni dꝛ ab hereo res. et est hechin⁹. i. paruus piscicu lus semipedal: sic dict⁹ qꝛ herēdo nauē retineat: lꝫ enī rudāt vēti. lꝫ seuiāt pcelle: nauis tñ q̄si radicata in mari stare vl' nec moueri: nō retinēdo. sed tñmō adherēdo. Ut enī dicit Aug. nō cōtingit h ex ppria fortitudine. sꝫ ex nā ei⁹. huc la tini morā appellāt. qꝛ cogat morari nauigiū. Et hinc dꝛ h echinus ad siītudinē illi⁹ piscis fcā. Et h dicit Amb. in. v. berame. Echinus aial exiguū vile ac despicabile. marinuȝ loquor plerūq̄ idex future tēpestatis. aut tranquillitatis an nuncius solet eē nauigātib⁹. deniq̄ pcellā vētoꝝ psenserit calculū validū arripit. eūq̄ velut saburrā vehit. et tanq̄ an corā trahit ne excutiat̄ fluctib⁹. itaq̄ nō suis se liberat viri bus. sꝫ alieno stabilit et regit pōdere. quo viso naute velut signū future ptrubatōis capescūt. et sibi pcauēt. ne eos ipe ratos turbo et improuisos inueniat. Et post subdit Ambro. Quis negat diuinitus illis īfusum īgeniū eē hmōi atq̄ vir tutē cū videat istos i aq̄lonē iā solēne obeūde fecūditatis pegrinationē viuaci igenio cōponere. alios exiguo corpe tñ validitatis assumere. vt maxias nauiū plenis currētes velis i medijs fluctib⁹ sistā. sic breuis pisciculus echin⁹ tāta facilitate memorat̄ nauē igentē statuere. vt q̄si radicatam mari videas herere nec moueri. aliq̄diu enim imobilē ser uat. et i ista sigatiōe. s. p pisciculo pducit pmā. vñ Luca. vj In medijs echin⁹ aq̄s oculisq̄ draconū. Itē inueniť echin⁹ p iricio. vñ dicit Amb. i berame. vj. Echinus iste terrenus. quē vulgo iriciū vocāt. si q̄d insidiarū psenserit. spinis su is claudit̄. atq̄ in sua arma se colligit. vt q̄cūq̄ eū ꝯtinge re putauerit vulneret̄. Ideq̄. Hic echin⁹ futuri puidēs ge minas sibi respirādi vias munit. et qn̄ boreā flaturā colle gerit. septētrionalē obstruit. qn̄ notho cognouerit detergi aeris nubila. ad septētriōalē se ꝯfert. vt flat⁹ declinet obui os. et e regiōe noxios. et pdu. pe. in q̄libet significatione.

Hectheca ce dꝛ solariū. vñ dicit gl. sup illō Ezech. xli. Hecthe cas ex vtraq̄ pte rē. Hecthecas q̄s rome vocāt solaria de cenaculoꝝ parietib⁹ eminētia vl' menialia ab eo q̄ ea pmo i uenit. h ēt vult Pap. dꝛ ēt pibolus hecthecā. et pdu. penul.

Hector ctoris pe. gtī cor. sic grēca ppa i or. vt actor ctoris he ctor ctoris. Oui. Hectora domauit pamo pce mor⁹ achilles.

Hedera pōt deriuari ab hereo. et sic vī q debeat aspirari. vel deriuat̄ ab edus. et sic nō aspirat̄. vñ de ea dixi in e lr̄a.

Helchana interpretat̄ dei zelus. vel dei possessio. et cor. pen. vñ in Aurora. Helchana q̄ dn̄i possessio dicitur illos.

Heleyson. Ab hely qđ est deus dꝛ qđdā verbū grēcū. s. heley son. i. miserere. vñ dꝛ Christe eleyson. i. christe miserere.

Helena ne penul. cor. pꝛopriū nomē cuiusdā mulieris.

Hely vl' heloy vl' heloe noīa dei sūt apđ hebreos. et qđlibꝫ eo rū iterptat̄ de⁹ apud latinos vl' poti⁹ iterptat̄ de⁹ me⁹. sicut euāgeliste i passiōe dn̄i apte demōstrāt. et videť eē ꝯposita ab el et aliquo pnoīe grēco. qđ tñ valet q̄ntū me⁹ apđ lati nos. et hic eleazar. qđ iterptat̄ dei adiutoriū. Et ē el apđ he breos pmū nomē dei. scdm heloy. tertiū heloe. vt dixi i el.

Helyas iterptat̄ dn̄s de⁹. et h fuit ex futuri psagio. qꝛ dū al tercaret̄ cū q̄dringētis sacerdotib⁹. baalem inuocato noīe dn̄i descendit de celo ignis sup holocaustū. qđ dū vidisset oīs pplūs cecidit i faciē suā et ait. Dn̄s ipse est deus. Et hac cā tale nomē prius accepit. qꝛ p cū postea cognouit pplūs dn̄m deū. Idē et fortis dn̄s iterpretat̄. vel qꝛ eosdē interfe cit sacerdotes. vel qꝛ achab aduersitatē tollerauit.

Helylamazabatani. ideȝ quod deus meus deus meus vt q̄d dereliquisti me.

Heliodorus ppriū nomē cuiusdā viri et inueniť penul. pdu. vñ Hora. in sermo. Hospitio modico recto comes helyo dorus. Inueniť etiā et cor. vñ Pāthceon. Corpus helyodo ri fodiūt abeūtq̄ latēter. et h mihi placet. Sicut eniȝ theo dorus cor. penul. fm̄ cōem vsuȝ. ita et helyodorus. lꝫ aliqū inueniat̄ penul. pdu. vñ Iuuena. Lautoꝝ pueros artēȝ di cens theodorus. quod auctoritati ascribimus.

Helyos. Ab hely quod est deus dictus est sol helyos. quia p deo olim reputabatur.

Helyotropia in helyotropium vide.

Helyotropiū. Ab helyos qđ est sol et tropos qđ est ꝯuersio dꝛ h helyotropiū pij q̄dā herba. qꝛ solis motib⁹ folia circū

acta ꝯuertat. vñ ⁊ a latinis solsequiũ dicit᷑. nã ⁊ sole oriẽte flores suos aperit: sero claudit cũ sol occubuerit. ipsa ẽ quã latini incubũ fluuiaticũ vocant. H ⁊ verrucaria: q̃ extinguit verrucas. Jteʒ ab helyos ⁊ tropos cõponit᷑ H helyotropia pie q̃dã gẽma valde clara ⁊ pspicua: q̃ colores mutat fm variatiões colo͛ i sole. vñ rubea appet i mane ⁊ i vespe. vl᷑ sic ð q̃ posita in labris eneis radios sol᷑ mutat sanguineo colore repcussos: ꝭ eẋ aquã i modũ speculi solẽ accipit. Jn uenit᷑ ẽt p eodẽ lapide pcioso H helyotropius pii.

H elyseus interptat᷑ dñi salus: q̃ multas virtutes fecit: et famẽ pellens pplm a morte liberauit ⁊ saluauit.

H elyn interpretatur dominus deus: vel dñs dominator. siue deus meus iste: aut deus meus ipse.

H eloy in hely exponitur.

H eloe in hely vide.

Hemicyclus. Ab hemis ⁊ cyclus componitur H hemicyclus cli. i. medius circulus. vnde hemicyclus quandoq̃ dicitur sedes dimidium circulum habens. i. arcum.

H emma me q̃dã mẽsura mediũ sextariũ ꝯtinens. ⁊ ð ab hemis qð est dimidiũ: vel põt deriuari ab emendo.

H emiolius. Ab hemis ⁊ olon qð est totũ cõponit᷑ hemiolius liũ. i. ꝯtinẽs totũ ⁊ sup medietatẽ. vñ hemiolic⁹ ca cum.

H emis dicit᷑ greci dimidiũ. ⁊ acuit᷑ in fine.

bat: sz his nolb⁹ scriptura qñq3 idifferēter vtat. Itē alibi dr Libamē 7 libamētū erat simila oleo glutinata 7 vinū q cū hostia adolebant: vt q̄si vinū 7 panis 7 caro dño offerant.

Liban⁹. a libo bas dr h liban⁹ni mōs fenicū altissim⁹ dict⁹ sic pp thus qd ibi colligit. vñ fit libatio fm Hug. vl vt dicit Pap. Liban⁹ ē fenicū mōs in quo cedri sunt altissime. Alter liban⁹ ē mōs arabie vbi colligit thus. Sz h libanus arbor ē arabie imēsa atq3 ramosa succū aromaticū fundēs. 7 dr ppe h liban⁹ p mōte: h liban⁹ p arbore: h libanū p thure. q at dr Eccli. xxiiij. Quasi liban⁹ nō incisus in mas. ge. auctoritati ascribimus. Itē liban⁹ ponit p tēplo Esai. xxxiij. Cōfusus ē libanus 7 obsurduit. vbi dicit glo. Cōfusus est libanus. i. templum 7 obsurduit ne ibi audiantur preces a dño sic ante. Itē alia glo. Libanus. i. templū. vñ zacha. xi. Aperi libane portas tuas 7 deuoret vel cōmedat ignis cedros tuos. Itē Ezechiel xvij. Aqla grādis magnar3 alarum venit ad libanū 7 tulit medullā3 cedri 7c. vide in chermel.

Libasius sij mas. ge. i. bachus: a libo bas dicitur.

Libatoriū rij: locus vbi sacrificatur: 7 dr a libo bas.

Libatus: a libo liba dr 7 libat⁹ bata batū. i. sacrificat⁹ vl parū per degustatus. Et cōponitur vt illibatus ta tū. i. nō tactus.

Libella belle dimi. parua libra.

Libellulus luli dimi. paruus libellus.

Libellus belli paruus liber vel codex.

Libens. a libeo bes dr libēs bētis ois ge. tū pticipium q3 nomē. 7 cōparatur put est nomē: libens libētior libētissimus vñ libēter bentius bētissime aduer. 7 h libentia bentie fm Hug. 7 Pap. dicit. Libens plena voluntate volens.

Libenter aduerbiū. i. cum magna voluntate 7 animo.

Libeo bes bui bitū oli3 erat in vsu: sed mō nō ē in vsu nisi libet impsonale ab eo deriuatū vñ libesco scis ichoa. Et notādū q antiq dicebāt lubet 7 lubesco p libet 7 libesco. vñ nos vtimur cōposito allubet 7 allubesco. i. obedire vl cōsentire. Itē libeo 7 libet cōponit vt collibo vl collibet. i. sil libere vl obedire vl cōsentire. Itē cōponit vt plibeo bes vl plibet. i. pfecte libere. Libeo cū oibus suis cōpositis est neutrū: 7 libet impsonale similit. Omē eni impsonale generis neutri ē speciei deriuatiue 7 nullius numeri 7 nullius psone: 7 eiusdē cōiugationis cuius est vbū a quo descendit. Itē libet 7 libeo cū oibus suis cōpositis cor. hāc syllabā li. vnde Facetus. Nemo placet stulto nisi dicat qd libet illi.

Liber ra rū dr a libero ras: 7 dr liber q nō subiacet iugo fuitutis: 7 cōparat liber rior berrim⁹. vñ libere rius rime aduer. 7 libertas tatis. Itē a libero ras h liber qd i q̄ttuor sigatōibus inuenit: nā liber. i. cortex vl codex. bachus vl igenu⁹ sz est differentia in genitiuo nā p bacho vl ingenuo facit gtm liber liberi: sz p codice vel cortice liber bri. Liber beri dr fili⁹ ingenu⁹ q2 ex libero mr̄imonio sit natus vl ortus nā filij ex libero 7 ancilla orti seruilis sunt cōditionis. sp enī3 q nascit sequit deteriorē statū pentū. liber eni dr bach⁹: q2 liberat hoīe3 a curis: vel q2 mares in coeūdo p eius beneficium emissis seminibus liberant. itē liber muliebri 7 delicata carne depingit: q2 dicūt mulieres ei attribuisse vinū pter excitandā luxuriā vel libidinē. vñ 7 frōs eius pāpino cingitur. sed iō coronā vitreā 7 cornu h3: q2 quū grate 7 moderate vinū bibit: leticiā pstat: cū vltra modū excitat lites 7 q̄si cornua addit. vñ illud. Cū venere 7 bacho lis ē sed iūcta voluptas. vñ Oui. Uina parāt aīu3 veneri arma sum⁹.

Liber bri est interior tunica vel pars corticis qui ligno adhebet: 7 dr a libero ras: q2 liberat 7 defendit iterius lignū: vel q2 ille iterior cortex defendit ab exteriori. vl dr liber a liberato cortice. i. ablato. est eni mediū quoddā iter lignū 7 corticē: inde liber dicim⁹ in quo legimus q2 añ vsu3 charte vl mēbrane de libris arbor fiebāt volumina 7 cōpaginabant vñ 7 scriptores a libris arbor librarij vocant: 7 iidē3 dicti sunt bibliopole 7 antiquarij: sz librarij sunt q noua scribūt 7 vetera antiquarij: qui tm vetera vñ 7 dicti sunt vel dr liber a libertate legentiū: q2 olim solis liberis studiū legendi dabat. q aūt dr liber q̄si lirar vber. i. abūdās vl abūdantia cibymo. est. Et scias q liber qñ facit gtm liberi pduc. pmā vñ liber libera liberū adiectiuū: 7 h libertas libertatis ab eo descēdēs. 7 h liber liberi p bacho 7 p ingenuo pdu. li. Unde qdā. Nō bñ p toto libertas vēdit auro. sz liber qñ facit gtm libri. s. p codice vl cortice cor. li. vñ Ouid. Legerat hui⁹ amor titulū nomēq3 libelli. Itē qdā: Haurit aquā cribro q discere vult sine libro. Predicta patēt etiā in his vsibus. Liber id est bachus vl vir sine cōpede natus. Ac liber est codex vl rapt⁹ ab arbore cortex. Prima beri faciūt genitiuū: bri q3 secūda. Itē quidā. Pars prior est cortex liber altera: tertia suber. Itē de liber libera liberū 7 liber libri dicit quidā. Nō docet illa liber scripsitq3 vir bñ liber. De libro vite habes in dictiōe scribo bis. Itē de libero arbitrio 7 de triplici libertate dixi in dictiōe arbitriū: sed ibi nō dixi de q̄ttuor statibus liberi arbitrij. Unde hic nota: pñt notari in hoīe q̄ttuor status liberi arbitrij. Ante pctm eni ad bonū nihil impediebat: ad malū nihil impellebat: nō habuit infirmitatē ad malū: 7 habuit adiutoriū ad bonū tūc sine errore rō iudicare: voluntas sine difficultate bonū appetere poterat. Post pctm vo ante reparationē gratie siue penitētie premit a cōcupiscētia 7 vincit: 7 h3 infirmitatē in malo: sed nō h3 gratiā in bono: 7 ideo nō pōt peccare: 7 nō pōt nō peccare etiā dānabiliter. Post reparationē vo ante cōfirmationē premit a cōcupiscētia 7 nō vincit. 7 h3 quidē infirmitatē in malo sed gratiā in bono vt possit peccare pp libertatē 7 infirmitatē: 7 possit nō peccare ad mortē pp libertatē 7 gratiā adiuuantē: nondū tñ habet posse oino non peccare: vel nō posse peccare pp infirmitatē nondū pfecte absorptā: 7 pp gratiā nondū pfecte cōsūmatā. Post cōfirmatiōē3 vo, infirmitate penit⁹ cōsumpta 7 gratia consūmata nec vinci poterit nec premi: 7 tūc habebit nō posse peccare: vt dicit magister in scdo sentē. di. xxv. vide i pecco peccas. Et scias q de oi statu hoīs aliquid accepit xps qui oēs venit saluare. Sūt eni3 vt dictū est q̄ttuor status hominis: pmus ante peccatū: secūdus post peccatū mortale 7 ante grām: tertius sub gratia 7 penitētia. quartus in gloria. De primo statu accepit Christus imunitatē peccati. vnde. Aug. illud iohānis euangeliste exponēs. Qui desursum venit super oēs est: dicit xpm venisse desursum. i. de altitudine humane nature ante peccatū q2 de illa altitudine assūpsit verbū dei humanā naturā dū nō assumpsit culpam. Sed penam assumpsit de statu secundo 7 alios defectus. De tertio vero plenitudinem gratie. De quarto non posse peccare 7 dei perfectam contemplationem. habuit enim simul bona quedam vie 7 bona patrie: sicut 7 quedam mala vie. i. penalitates. vnde 7 propheta. Simul in vnum diues 7 pauper.

Liber liberi vel libri substantiuū in liber bra brū exponitur.

Liberalis: a liber ra rū dr h 7 h liberal 7 h le. i. largus humanus vel benign⁹. s. q libēter donat 7 nō murmurat 7 cōparatur lior simus vñ liberalit lius sime aduerbiū. 7 h liberalitas tatis. i. largitas humanitas vel benignitas: 7 p libertate inuenit. sz ppe libertas ē cōditiōis. liberalitas vero beneficentie 7 largitatis. Item liberalitas dicitur quod pertinet ad liberū. vñ qdā artes dicunt liberales q2 nō nisi liberis: licebat eas addiscere: vl q2 volūt liberū ab oi cura 7 sollicitudine vñ paupes studere nō pñt: q2 nō sūt liberi ab oi cura pp defectū rer tpaliū. Ul dñr liberales: q2 liberāt aīam cū a curis tpalib⁹ 7 vitij. Liberal cōponit cū in: 7 dr illiberal. i. nō liberalis: 7 cōpat. 7 pdu. pmā illiberalis 7 libertus sicut liber a quo deriuat. Et nota q aliquid dr dari mltipliciter qñq3 ex ipsa ppetate nature fm q dicim⁹ q ignis dat calorē suū 7 sol splēdorē: 7 huius datiōis nō ē pncipiū volūtas qñq3 ex volūtate: 7 ē pncipiū datiōis: 7 h cōtingit dupliciter qñq3 eni p dationē intēdit aliq vtilitas ipsius dātis vl q̄tū ad remotionē ipius mali sicut qñ aliqd dat ex timore: 7 tal datio dr redēptio: vl q̄tū ad acquisitionē alicuius boni: 7 talis datio est ppe q̄stus vl vēditio: qñq3 aūt nō intendit vtilitas aliq in ipo dāte: 7 h datio dr liberalis: 7 ppe dr donatio. donare eni addit supra dare. Donū eni vt dicit phus

est datio irredibilis: nõ q̃ recõpensari nõ valet: sed illa q̃ recõpensationẽ nõ querit vñ donum impoztat libertatem in dante. Constat aũt q͡ illa datio in qua intẽdit̃ vtilitas dantis nunq̃ꝫ competit deo. vñ ipse singulariter ḋꝛ liberalis: qꝛ in oĩbus alijs dantibus intenditur aliq̃ vtilitas i dante vł boni tꝑalis vel spũalis. vñ nulla datio est pure liberalis: vt dicit Auicenna: nisi dei ⁊ operatio eius.

Libero beras berauí. vñ liberatoꝛ liberatrix Libero componitur cũ con ⁊ mutata n in l ḋꝛ collibero beras beraui. i. sił liberare. Itẽ cõponitur cũ de ⁊ ḋꝛ delibero deliberas. Libero actiuum est cũ oĩbus suis cõpositis: ⁊ produ. li.

Liberrimus in liber bera berum vide.

Libertas libertatis a liber formatur addita tas: de hoc in liberalis vide. Inuenitur triplex libertas: vt dixi in arbitriũ vide etiam in seruitus ⁊ in rectoꝛ.

Libertinus penul. produ. in libertus exponitur.

Libert⁹ a liber bri ꝑ codice ḋꝛ liber bera berũ: a quo ḋꝛ h̃ libertus berti q̃ ex seruo factus est liber q̃ſi liberat⁹ a iugo ſuitutis. vñ liberta berte: q̃ de ancilla facta ẽ libera. ⁊ hic libertinus tini: filius liberti. ⁊ h̃ libertina tine filia liberti q̃ſi de liberto natus vel nata. ⁊ libertin⁹ tina tinũ ad libertũ ptinẽs Libertus vł liberta ꝯponit̃ cũ con ⁊ ḋꝛ collibertus vel colliberta q̃ vł q̃ est cũ alio libertus vł liberta vł fit. Est ḡ ordo. Seruus libertus qui de seruo fit liber. itẽ collibert⁹ vł manumissus libertinus filius liberti. ſꝫ fili⁹ libertini ſimpliciter iã liber. vñ ṽſus. Libert⁹ ꝑmus. libertin⁹ secũdus. Tertius est liber posteritasq̃ꝫ sua. In legib⁹ ãt vt dicit Hug. ꝑ eodẽ habet̃ manumissus libert⁹ collibert⁹ ⁊ libertin⁹ Magister ãt i historijs sup illõ actuũ. Surrexerũt ãt q̃dã de synagoga libertinoꝝ sic dicit. Libertini a regiõe sic dicti. vł libertini. i. manumissi q̃ cũ p̃us fuissẽt ſui postea fuerũt libertate donati ⁊ sic fuerãt de ſuili ꝯditiõe q̃ p̃mo fidei restiterũt.

Libet impersonale in libeo bes est.

Lybia bye vxoꝛ fuit epaphi q̃ regnũ libye possedit. ex cuius noĩe terra illa dicta est libya. ⁊ hinc libye⁹ ca cũ: ⁊ h̃ ⁊ h̃ libes vel lybis. i. libycus: ⁊ hic libycus vẽtus flans a lybia q̃ aliter ḋꝛ aphrycus ⁊ lybius bya bium. i. libycus. ⁊ hi ⁊ he libyes indeclina. quidam populi libye. Ezech. xxvij. Perse ⁊ libyes. ⁊ ḋꝛ libya tertia pars oꝛbis. vñ Lucanus in. vj. Europam miseri libyam asiamq̃ꝫ timere.

Libyana a libya ḋꝛ hec libyana ane quoddã genus charte sic dicta ad honoꝛem libye. ⁊ libyanus na num. i. libycus.

Libycus in libya est: ⁊ coꝛ. penul.

Libydo a libet ḋꝛ hec libido dinis. i. voluptas vel luxuriosa volũtas. vł ḋꝛ sic a libeo q̃ a puellaꝝ coꝛpoꝛe depingit̃. vñ libidinosus sa suꝫ: voluptari⁹ vł luxuriosus qꝛ facit qđlibꝫ ⁊ libidineus nea neũ. Et scias q͡ ſꝫ Pap. Libido cupiditas animi ẽ. Sũt ãt multe varieq̃ꝫ libidines: sicut vlciscendi q̃ ira vocatur. vel habẽdi pecuniã q̃ auaricia noĩatur ⁊ cetere Quum igitur non additur cuius libido nõ solet aĩo occurrere nisi illa que in carne ista coꝛruptibili plus oĩbus seuit. Hec aũt non solũmodo coꝛpus: verũetiã intrinsecus totũ cõmouet ⁊ vendicat hoĩem: ⁊ ꝑdu. bi. vide in pudicus.

Libyes in libya vide.

Libitina. a libet vel libido dicitur hec libitina tine: dea libidinis quod etiam pro feretro a moꝛte accipitur quod non libet: ⁊ coꝛ. ti sicut patet in antiphrasis.

Libit⁹ ta tũ peñ coꝛ. ḋꝛ a libet. ⁊ ꝯponit̃ cũ in: ⁊ mutata n in l ḋꝛ illibit⁹ ta tũ. i. nõ libit⁹. ⁊ h̃ libitus tus tui ⁊ hoc libitũ ti.

Libo. a liber beri ꝑ bacho ḋꝛ libo bas: ⁊ est libare sacrificare vł fundere: ⁊ ꝑp̃e calicis ẽ. Libare ꝑp̃e erat qñ pateras mero plenas haris ĩfundebãt. Nã libare ꝑp̃e ẽ fundere. vñ panẽ imolamus: calicẽ libamus. ⁊ ẽ sumptũ a libero qui vſũ vitis inuenit. ⁊ libare ponit̃ pro parũper degustare vel cõtingere: ⁊ etiã ꝑ imoloꝛ liboꝛ inuenit̃. Libo ẽt cõponit̃ vt collibo libas. i. sił libare: delibo bas: ꝑlibo bas: relibo bas: iterũ sacrificare. Libo bas actiuũ est cũ oĩbus suis compositis ⁊ ꝑducit hanc syllabã li: sed libeo bes ⁊ libens eã coꝛ. vide quidam. Sic gaudere libet vt amans mea gaudia libet. Libya liberis libõ libando libentius ibõ.

Libra. a liber bera berũ ḋꝛ h̃ libra: bꝛe ⁊ ꝑficit̃. xij. vncijs. ⁊ inde habet̃ ꝑfecti põderis genus: qꝛ tot ꝯstat vncijs quot mẽsibus ãnus. ⁊ ḋꝛ libra qꝛ sit libera ⁊ cũcta in se põdera ꝑcedẽtia vel minoꝛa ꝯcludat. Et scias q͡ libra ꝯtĩr. xx. solidi: qꝛ tñ solẽt põderare. Itẽ libra ḋꝛ quoddã signũ i celo qđ sol intrat in septẽbꝛi: ⁊ ḋꝛ libra: qꝛ tũc dies ⁊ noctes equantur. Libra ꝯponit̃ vt hic ⁊ h̃ bilibꝛis ⁊ hoc bꝛe. i. duaꝝ librarũ pondus vel mensura ⁊ sic trilibꝛis ⁊ quadrilibꝛis: ⁊ produ. li: sicut ⁊ libra naturaliter ꝑducit li: vt vult magister ⁊ hñ sed liber libri coꝛ. li. vñ in doctrinali ḋꝛ. Pro centum libris nolo carere libris. A libra deriuatur libꝛo libꝛas: ⁊ est librare põderare vibꝛare vel equare. Et componitur vt collibꝛo bꝛas simul librare. Relibꝛo as: iterum librare. Libꝛo actiuũ est cum omnibus suis compositis: ⁊ producit li naturaliter

Libramentum menti. i. equamentum: a libꝛo bꝛas dicitur.

Librarius. a libra ḋꝛ librarius ria rium: ⁊ est librarius qđ pertinet ad libram. ⁊ hic librarius hec ria dicit̃ tenens libꝛam. Item librarius vel libraria dicit̃ seruus vel ancilla: qꝛ ad libꝛam. i. ad mensuram cibum accipiant. itẽ librarius vel libraria scriptoꝛ vel scriptrix qui vel q̃ scribit librũ: ⁊ ꝑdu. li. Hester. viij. Librarijs ⁊ scribis. Que sit differentia inter librarios ⁊ antiquarios dictum est in liber libꝛa libꝛum. 171

Libꝛellium li quidam flos. ⁊ dicitur a libꝛo bꝛas: qꝛ crescendo cito sursum libꝛetur.

Libꝛilla: a libꝛa bꝛe ḋꝛ hec libꝛilla le: baculus cũ corrigia plũbata ad libꝛandũ carnes. ⁊ libꝛilla ḋꝛ instrumentũ libꝛandi i. percutiendi lapides in castra scꝫ mãganus. vñ libꝛillo las cum tali instrumento proijcere vel percutere vel inuestare.

Libꝛipẽs pẽdis ḋꝛ tenẽs libꝛã: qꝛ de manu ei⁹ pẽdeat libꝛa: vł qꝛ librã pendentẽ sustineat. Et ꝯponit̃ a libra ⁊ pẽdeo vel pendo. vñ Ennius. Qui libꝛã tenet appellatur libꝛipens.

Libꝛo bꝛas in libꝛa bꝛe exponitur.

Libum bi ḋꝛ a libo bas ⁊ est libũ panis imolaceus. qui. s. sacrificatur vel offertur. alio noĩe dicitur placenta. Nume. xxviij. g. Preter holocaustum ⁊ liba eius.

Liburnia. a libꝛo bꝛas ḋꝛ h̃ liburnia nie q̃dã regio cui⁹ hoĩes sunt agiles et ad currendũ habiles et veloces. vñ liburnus na nũ gentile. et qꝛ liburni veloces sũt. iđ parua nauis ⁊ habilis ad currẽdũ ḋꝛ ide h̃ liburna ne. et qꝛ sił illi liburni sũt adeo agiles et veloces. iđ ab illis ḋꝛ h̃ liburn⁹ qđdã genus currus velocissimi. vñ Iuuena. Diues et igenti curret sup ora liburno. Et ex eadẽ rõne ḋꝛ ab illis h̃ liburnus ni. ꝑco vel discursoꝛ. Iuuena. Primus clamante liburno.

Licentia. a liceo ces vel a lꝫ qđ est licitũ deriuat̃ licens tis ti: addita a fit h̃ licẽtia. Pꝛopꝛie ãt licẽtia ẽ abusio et impꝛoprietas cũ aliq̃s de cõcessione cõi vel alias facit qđ non ꝺꝫ vel ꝯ artẽ. vñ licẽtia auctoꝛis dicimus cũ coꝛripiũt pꝛoductas et ꝑducũt coꝛreptas. Itẽ licentia ḋꝛ cõmeatus qđ vulgariter ḋꝛ cõmeatio. vñ licẽtio as actiuũ: i. vulgo cõmeatare. Itẽ a licentia licentiosus sa sum. i. lasciuus uel cui oĩa licent. Licens ſm q͡ est nomen comparatur.

Liceo ces cui cere ẽ equocũ. nã licere. i. eẽ licitũ i hac ſiḡatiõe raro ĩuenit̃ mõ ꝑsonale nĩ Pau. ad Coꝛint. exponit illud Oĩa mihi licẽt ſꝫ nõ oĩa expediunt ⁊ Lucan⁹. Oĩa dũ licedt nobis nil esse recuso. Sꝫ ĩpersonale ab eo deriuatũ. s. lꝫ ẽ in frequẽ. vſu. Liceo ces cui. i. exterminari: appꝛeciari sic mõ appꝛecio cias actiuũ ut licẽti⁹ possum⁹ loq̃. Itẽ ĩuenit̃ liceoꝛ ceris deponẽ. lices ḡ ⁊ liceoꝛ ceris deponẽ. hñt significatiões ꝯrias suis uocib⁹. qꝛ liceo i actiua uoce ſiḡt passionem ab alio illatam. i. appꝛeciari. vñ ⁊ ꝯstruit̃ cũ ablĩõ ĩterposita a vł ab ꝑpõne ad modũ passiuoꝝ. Itẽ liceoꝛ ceris ſp̃ significat actionem trãseuntẽ. i. appꝛeciare vñ ꝯstruitur cũ accusatiuo ad modũ actiuoꝝ. Itẽ vtrũq̃ꝫ ꝯstruitur cũ ablatiuo vel gtõ designãte ꝑciũ: vt liceo a te tribus obulis vel triũ obulorũ: ⁊ liceoꝛ te tribus obulis vel triũ obuloꝝ. Cũ gtõ vł cũ ablĩõ ꝑciũ designãte ꝯstruuntur ꝑdicta ṽba iuxta illã regulã Verba apud ꝑciũ ptinentia indifferenter ⁊ in eodẽ sensu ꝯstruunt̃ cũ gtĩs ⁊ ablĩis ꝑciũ designãtib⁹ vt emi istũ equũ

duob⁹ denarijs vl' duoꝝ denarioꝝ. Vñ ad īterrogationē fa
ctā p gtīū pōt rñderi ablt̄ūs vl' ecōuerso: vt q̄nti ɔstat h̄ cap
pa: vno denario. vl' quāti emisti istū equū: centū solidoꝝ.
Sȝ q gtīūs cōpetent̄ rñdeat ad gtīū: ⁊ ablt̄ūs ad ablatiuū
nō est q̄d. Liceo in oī significatione cū suis compositis est
neu. liceor v° deponētale: ⁊ cor. hanc syllabā li. vñ Birria.
Multa licet sapias re fine nullus eris: ⁊ inde licet ⁊ licebit
q̄nq̄ ponunt̄ p ɔiunctione aduersatiua scȝ q̄uis: nō tñ est
dicendū q licet vel licebit sit ɔiunctio: sed tñ verbum.
L icia licie q̄dā regio est. vñ lici⁹ licia liciū: penul. cor. vñ Oui
dius in ep̄la. Sanguine tricolom⁹ liceaȝ tepefecerat bastam
Auctores q̄nq̄ poetica licentia penl'. istius nois pducunt.
L iciatoriū torij lignū in quo liciuȝ inuoluit̄: ⁊ dr̄ a licio licis.
L ichinium: lichnos grece latine dr̄ lux vel lumen vel lucerna
vñ h̄ lichinius nij: ⁊ h̄ lichiniū nij in eodem sensu scȝ funis
candele qui ardet in candela vel cincēdula lucerne. ⁊ dicū
tur sic q̄z dant lumē. ⁊ q̄nq̄ ponunt̄ p ipsis candelis vel lu
cernis. Virgilius in primo enei. fit strepitus tectis voce sq̄
per ampla volutant. Atria dependent lichni.
L iciniū nij genus vestis dictū a ligo gas: q̄z textura eius liga
ta sit in corum quasi lignum: ⁊ est c pro g posita. Item lichi
nius aliud significat. vide in lichinium.
L icio cis cui vel lexi licitū vel lectū nō est in vsu. i. trahere. Et
ɔponit̄ cū ad ⁊ dr̄ allicio cis ellexi vel allicui. i. attrahere q̄
dā delectatiōe puocare ad se. vñ allecto ctas frequē. i. freq̄n
ter allicere. Itē ɔponit̄ vt elicio cis elexi vl' elicui electū vl'
elicitū: extrahere extra vocare ⁊ educere. vñ electo ctas fre
quēta. i. frequēter eligere: foras emittere. Illicio cis xi vel
cui illaquearē: i fraudē ducere vñ elicto ctas frequē. ⁊ pelli
cio cis cui vel lexi pellicitū vel pellectū. i. decipe Prolicio
cis. i. pcul elicere. Liceo ⁊ eius cōposita sunt actiua ⁊ corri
piūt hanc syllabā. li: ⁊ faciūt pteritū in xi vel in cui. sȝ elicio
⁊ pellicio frequēti⁹ i cui: alia frequēti⁹ i xi: ⁊ sm q pteritū
faciūt in xi faciūt supinū in ctū: sm v° q faciūt pteritum in
cui faciunt supinū in citū. ita dicit Hug. Pris. aūt in. x. li. de
terminans de verbis tertie ɔiugationis desinētibus in cio
sic dicit. Alia i ante cio habentia candē in e ɔuertunt ⁊ cio
in xi: vt aspicio asperi illicio lexi pellicio lexi Inuenit̄ etiaȝ
sm antiquos pellicui ⁊ allicui. Excipitur tñ elicio cui. ⁊ pu
ta iō ne si ellexi diceremus participiū necessario electus fie
ret ⁊ esset dubitatio significationis: q̄z supra eligor geris fa
cit electus. His visis dico sequēs Priscianū q ɔposita a li
cio cis lexi lectū qd̄ nō est in vsu in simplicitate faciunt pre
teritū in xi ⁊ supinū in ctū sm modernos excepto elicio qd̄
facit elicui elicitū cā differentie vt dictum est. non tñ infi ci
or quin preterita pdictorum verborū inueniantur ēt in cui
vt pellicui: ⁊ supinū in cituȝ vt allicituȝ: sed h̄ sȝ antiquos.
L icisc⁹ Licos qd̄ ē lup⁹ ɔponit̄ cū cinos qd̄ ē canis ⁊ dr̄ h̄ li
cisc⁹ cisci: ⁊ h̄ licisca ciscе. ⁊ vt ait Pli. licisci vl' licisce dr̄r
canes nati ex lupis ⁊ canibus quū forte inter se ɔmiscent̄.
L icitatio a licitor taris dr̄ h̄ licitatio onis: ⁊ ē ppe q̄n aliq̄d
vēdit̄ ⁊ emptores sup se augmētū vl' diminutiōeȝ faciūt vl'
spōsionē vl' pmissionē: vñ ⁊ sepe licitatio dr̄ spōsio vel pro
missio: sȝ ppe pdicto mō facta. Licitor taris. i. appciari vel
addere siue diminuere pciū rei q̄ vēdit̄: vt si q̄s dicat se vel
le p re aliq̄ decē solidos: ⁊ ali⁹ supueniēs dicat: ego dabo
vndecim solidos. vl' si vnus dicat: iste equus valet decem
solidos: ⁊ alius vno plus valet vndecim. ⁊ ponit̄ aliq̄n li
citari simpliciter p vendere vt hic licitator toris: ⁊ cor. ci.
L icitus a liceo vel licet dr̄ licitus ta tum quod componitur
cum in ⁊ dicitur illicitus ta tum i. non licitus.
L iciū licij filū innodatū tele per qd̄ stamen trahit̄ ⁊ licitur: ⁊
dicitur a licio licis: ⁊ scribit̄ per c ad cuius differentiaȝ iste
genitiuus pluralis de lis litis scȝ litium retinet sonū t.
L icius cia cium in licia exponitur.
L icon. i. dulce.
L icos grece latine dicitur lupus ab auiditate vel rapacitate:
q̄z rabie capacitatis que inuenit trucidat.
L ictor a lito tas dr̄ h̄ lictor toris qui de officio portat gladiū
⁊ securim ante regē vel impatorem vt ad puniendos reos
psto sit. ⁊ dr̄ lictor q̄si litor a litando c interposita: q̄z litat ⁊
interficit reos. vñ ⁊ q̄cūq̄ regi vel iudici vel alicui presidi
obsequuntur ad puniendos reos lictores dicuntur. Itē li
ctor dr̄ portator cadauerū scȝ q portat cadauera ad bustum
vel sepulturam sic a litando vel ferēdo q̄si lator. Itē lictor
pōt dici leccator vel qui lingit a lingo gis sm Hugu. q aūt
dr̄ lictor q̄si legis ictor. i. pcussor: vel lictor quasi legis actor
etymo. est: nō cōpositio. Lictū est supi. de lingo gis. Item
linquo dȝ facere lictuȝ: sed non est in vsu. vide in lingo gis.
L icui q̄n est pteritū de liceo lices scribit̄ p c. sed q̄n est prete
ritū de liquo scribitur liquui per q: ⁊ geminum u.
L ydia die regio est. vñ lydus da dū. ⁊ lydi⁹ dia dium. Ezech.
xxx. Ethiopia ⁊ lydia lydij. In lydia erant duos frēs scȝ ly
dus ⁊ Tyrrhenus: quib⁹ cū illud regnū nō sufficeret proie
cerunt sortes q̄s eoꝝ cū pte populi exiret ⁊ ceciderunt sup
Tyrrhenū: qui cū pte lydoꝝ venit in tusciā. ⁊ a suo noie di
cta est tuscia tyrrhenia ⁊ tusci tyrreni. Silr ab illis qui cuȝ
eo venerunt. Tuscia dicta est Lydia ⁊ etiaȝ tusci lidij: vl' a
noie fr̄is: q̄z sepe nomen vnius fr̄is ponit̄ p noie alterius.
L ien lienis mas. ge. per i: id est splen. sed lyen per y. i. venus.
L ienon. i. leue.
L ienosus in linosus vide.
L yēteria enteria qd̄ ē itestina ɔponit̄ cū lyenō qd̄ ē leue: ⁊ dr̄
h̄ lyēteria rie: q̄si molle itestinū: q̄z cibū tāq̄ p aliēa itestina
nullis obstātib⁹ facit plabi: qualēcūq̄ eni cibū accepit inco
ctū egerit. vñ lientericus ca cū qui talē infirmitatē patitur.
L ieus liei mas. ge. i. bach⁹ ⁊ dr̄ a liē qd̄ ē splē: q̄z a splene risus
pcedit: ⁊ ebrij q̄si sp ridēt: vl' dr̄ a ligo gas: q̄z ligat liguā ⁊
impedit. vl' a lianō qd̄ ē leue: q̄z mlto vino mēbra soluunt̄
⁊ leuant̄. ⁊ inde lieus ea eū. i. bachicus. ⁊ pd. peñ. vñ Oui
dius de arte. Turpe iacens mulier multo madefacta lieo.
L ignarius in lignum est.
L ignis grece latine dicitur lux lumen vel lucerna.
L ignū a lichnis greco dr̄ h̄ lignū gni: q̄z icēsū ɔuertat̄ i lumē
vl' q̄z ɔuersū i ignē lumē faciat: vl' q̄z aptū ē flāmis ⁊ lumi
nib⁹. ⁊ inde ligne⁹ nea neū de ligno existēs vel ad lignū pti
nens. ⁊ h̄ lignariū rij loc⁹ lignoꝝ: vel lignoꝝ aceruus. Item
hic lignarius generaliter opifex lignorum appellatur.
L iga gas gaui vñ h̄ ligamē: ⁊ h̄ ligatura. ⁊ h̄ ligula. Ligo ɔpo
nit̄ vt alligo gas colligo gas. deligo gas. i. valde vl' deorsū
ligare vel dissoluere. Disligo gas. i. dissoluere qd̄ deberet di
ci diligo gas. sȝ cā differētie ad diligo gis: iterponit̄ s ⁊ in
eodē sensu īuenit̄ disligo gis tertie ɔiugatiōis. Illigo gas:
interligo gas: pligo gas: pligo gas: pligo gas: obligo gas. i.
impignorare. Religo gas. i. dissoluere vel iterū vel valde li
gare. Subligo gas q̄si subtus ligare. Ligo ⁊ composita ab
eo oīa sunt actiua ⁊ corripiunt hanc syllabā li. vñ Birria.
Quēlibet īmodicus alligat eris amor vide in vinctus.
L igo gonis mas. ge. i. sarpa quoddā instrumētū rusticanum
ad fodiēdū aptū. ⁊ dr̄ a leuo leuas: q̄z leuat terram. vñ ligo
q̄si leuo: ⁊ ligones quasi leuones ⁊ pducit penultimaȝ geni
tiui: sed ligo ligonis nes nomē gentile eā corripit.
L igonizo zas zaui zare. i. sarpere: ligone terram vertere.
L igula le a ligo gas dr̄ hec ligula le. i. parua fascia vel corri
gia cū qua aliq̄d ligat̄. vnde ligulatus ta tū. i. ligulis ligat⁹
vel plenus. ⁊ hic ligulatus ti. i. coquus cui multe ligule sūt
necessarie ppter veteres pannos quos induit. ⁊ ligulo las
ligulis ligare: ⁊ corripit gu. vide in ligo.
L igur vel ligus guris: in liguria exponitur.
L iguria rie q̄dā pūicia i q̄ sūt ꝯ celle nouaria mediolanū. pa
pias: dicta sic ab abūdantia liguminis vñ a ligumē dr̄. Et a li
guria dr̄ h̄ ⁊ hec ligur vel ligus guris gentile penul. gtī cor.
L igurio ris riui ritū. i. parū p cibū attingē: latēter ⁊ cito deuora
re ⁊ degluttire: ⁊ ē glotonū: ⁊ ponit̄ q̄nq̄ simplr̄ p deuorare vl'
lingē. Et ɔpōit̄ ab ligurio ris. i. absumē deuastar̄. Deligurio
ris. i. valde vel deorsū ligurire pligurio ris. i. ante ligurire.
Ligurio ⁊ eius cōposita sunt neu. ⁊ pdu. hanc syllabā gu.
Hora. in sermo. Tractaui calicē manibus duȝ furta ligurit.

Ligurius rij mas.ge. quidā lapis p̄ciosus dictus a lint lincis q2 fit ex vrina lincis tpe indurata. Exo. xxviij. ca. Liguri⁹ achates. Pap. dī. ligurius lapis dictus q2 fit ex vrina lin/cis tpe durata. Sȝ Exo. xxxix. ⁊ xxviij. ca. legit ligure si/ne u. ⁊ ita teneas. ⁊ hoc ēt vult Vguitio.

Ligustic⁹.a liguria dī ligustic⁹ca cū pe.cor. vn̄ Juue. Nam si pcubuit q̄ fata ligustica portat. Itē a liguria h ligusticum ci. q̄dā herba a liguria dicta: q2 abundat in liguria.

Ligustrum stri: quidam flos dictus a liqueo liques: quia ci/to liquet ⁊ marcescit. Unde Uirgilius. Alba ligustra ca/dunt vacinia nigra leguntur.

Lilium lilij dicitur flos lacteus ⁊ quedam herba lactei floris similiter dicitur lilium a lacte quasi lacteu; ⁊ lilia quasi la/ctea quoq₃ candorum est in folijs. vide in par.

Lima me.a limus mi dī hec lima me: q̄dā instrumentū fa/brile: q2 limū aufert de ferro: vel q2 limū.i. leue faciat. ⁊ in/de limo mas mani mare.i. purgare.polire.vel diminuere. nā lima ferrū diminuit. vl̄ limare deritaī a limus. ⁊ tūc li/mare.i. limo iplere vl̄ ipiguare. Et cōpōif vt collimo mas.i. sil limare. Delimo mas.i. valde limare. vl̄ limū auferre. Eli/mo mas.i. purgare. Oblimo mas.i. lipidare.polire.vl̄ dete/rere.demolire.corrodere. vl̄ limo cooperire. ⁊ pdu.li. limo mas cum suis compositis. vnde Uindocinēsis. Quod for/nat auro quod ferro luna flagellum.

Limaca ce.a limus dī hec limaca ce: ⁊ limat cia p eodē ver/me. q2 in limo morātur: vel de limo nascitur: vel quia totus est immundus ⁊ limosus. ⁊ produ.ma.

Limarius rij.i. retiarius. ⁊ dicitur a limus.

Limas matis fe.ge. vestis que ptendit ab vmbiculo vsq₃ ad pedes. ⁊ dī a limus q2 inferius ab extremo sui habȝ limbū limū.i. obliquū. ⁊ eadem vestis dicitur limus. hac publice vtebantur serui ⁊ coqui. ⁊ produ. penul. genitiui.

Limbellus li dimi. paruus limbus.

Limbulus li dimi. paruus limbus. ⁊ cor. bu.

Limb⁹ bi. quā nos borā dicim⁹ fasciola est q̄ ambit extremita/tē vestiū: aut aer filo vt ex auro xerta: assutaq₃ extrisec⁹ i extrema pte vestimēti vl̄ chlamydis. Dr̄ tñ limb⁹ vbicūq₃ fiat tal' ornatura. Dr̄ ēt limb⁹ q̄cq₃ circuit⁹ cuiuslibȝ rei vl̄ ora maris vl̄ vestis vl̄ chlamydis. vn̄ limosus fa sum. libo ornat⁹ vel plen⁹. ⁊ libo libas libo ornare. Itē limb⁹ ponif p q̄dā pte iferni q̄ttuor eni sūt loca iferni. s. ifern⁹ dānatoꝝ limb⁹ pueroꝝ. purgatoriū. ⁊ limb⁹ patrū vide i ifernus ⁊ in finus. Dic p̄t q̄rl an pueri nō baptizati i limbo existes sp̄a/lē i aīa sentiāt afflictōē;. ad h dō; q2 cognitōē; pfectā habe/būt pueri l limbo existes eoꝝ q̄ nāli cognitōi subiacēt. ⁊ co gnoscēt se puatos esse vita eterna. ⁊ cām q̄re ab ea exclusi sūt. nō tñ ex h aliquo mō affligēt: qd̄ q̄liter eē possit vidē/dū ē. Sciendū ē g ex h q2 caret aliq̄s qd̄ suā pportionē ex cedit nō affligit si sit recte rōnis. sȝ nñ ex eo q2 caret eo ad qd̄ aliquo mō pportionatus fuit ficut nullus sapiēs hō af/fligit de h q2 nō pōt volare sicut auis. vl̄ q2 nō sit rex vl̄ ipe/rator cū sibi nō sit debitū. Affligeret āt si puaret eo qd̄ ha/bēdū aliquo mō aptitudinē habuit. Dico g q2 ois hō vsus liberi arbitrij hñs pportionat⁹ ē ad vitā eternā ⁊sequēdā. q2 pōt se ad gr̄aȝ pparare p quā vitā eternā merebit. ⁊ iō si ab h defierit maxim⁹ erit dolor ei. q2 amittit id qd̄ fore si bi possibile fuit. ⁊ iō i dānatis in inferno p culpa actuali qui vsum liberi arbitrij habuerūt ⁊ i q̄bus fuit aptitudo ad vi/tā eternā ⁊sequēdā gratior pena erit q2 dei visiōe carebūt q̄ q2 igne inferni cruciabunt. sicut dicā in pena. Pueri āt nū/q̄ fuerūt pportionati ad h q2 vitā eternā hērēt. q2 nec eis debebat ex pncipijs nature quū oēm facultatē nature exce/dat. nec actus pprios hr̄ potuerūt q̄bus tālī bonū ⁊sequerē/tur. ⁊ iō oīno nihil dolebunt de carentia visionis diuine. i/mo magis gaudebūt de h q2 pticipabunt multū de diuina bonitate in pfectionibus nālibus. Nec pōt dici q2 pportio/nati fuerūt ad vitā eternā ⁊sequēdā q̄uis nō p actionem suā tñ p actionē alioꝝ circa eos: q2 potuerūt ab alijs bapti/zari sicut ⁊ multi pueri eiusdē ⁊ditōis baptizati vitā eternā cō

secuti sūt. h enī ē supere edētia gr̄e. vl̄ aliq̄s sine actu p̄po p̄miet. vn̄ defectus talis gr̄e nō magis tristiciā causat i pue/ris decedētibus nō baptizatis q̄ in sapiētibus hoc qd̄ de multe gr̄e non fiunt que alijs sibi sil'ibus facte sunt.

Limen.a limes dī h limē minis. limina ostiorū dicūt a limes q2 trāsuersa vt limites sunt. ⁊ p ea sicut p limites in agros in domū introeatur vel exeatur. vn̄ dicunt a limes. q2 per transuersum posita sūt. vn̄ h ⁊ h liminaris ⁊ hoc nare. ad limen ptinens. ⁊ hoc liminare naris. idem qd̄ limen.

Limes mitis mas.ge.i. callis. ⁊ dī a limus q2 p transuersum ducit ⁊ extra viā. ⁊ sūt pprie limites transuersa in agris itinera vel fines q̄ agros diuidūt ⁊ terminant. ⁊ cor. penul. genitiui. Prosper. Angusto virtus limite celsa petit.

Liminare in limen vide.

Liminiscus ci. ⁊gula iter duos pūctos iacēs. ⁊ dī a limo. i. ob/liquo. q2 ex trāsuerso iacȝ. ⁊ pōif i his locī q̄ sacre scriptur iterptes eodē sensu sȝ diuersis sermonib⁹ transtulerunt.

Liminiū.a limes h liminiū nij. i. captiuitas. exiliū. expulsio eē liminiū vel ex domū. Et cōponif cū post: ⁊ dī h postlimi/niū nij. i. reuersio de exilio ad iura q̄ amiserat: vl̄ ius qd̄ q̄s vēdicat sibi sup rebus sui post reuersionē de exilio. vnde postliminius nia niū: q̄ post captiuitatē reuersus iura sua q̄ amiserat recepit vn̄ Pandētius. Hūc postliminio redeu/tē suscipit alto. vn̄ Hiero. i plogo Josue. Et amissum iam diu opus q̄t quodā postliminio repetere: q2 Hierony. ali/quos pphetas explanauerat aliquoꝝ explanatōēs diu iteri/miserat: loquit methaphorice q2 vult exponēdo laborē ac cipere vl̄ sumere: sicut postlimini⁹ iua resumit postq̄ reuerti tur de captiuitate. q̄si diceret. Diu fui detētus q̄si essem in captiuitate: mō ab alijs occupationibus expeditus volo re assumere opus. exponendi quod incipi.

Limino.a limē dī limino nas naui nare. i. limina pparare. Et cōponitur vt collimino nas. i. sil' liminare. Delimino nas. i. valde liminare vel deorsum limen auferre. Elimino nas. i. extra liminare vel extra limē foras piicere vel portare vl̄ publicare. Illumino nas. i. limē imittē vel itra limē imittē. Sublimio nas. i. subtus liminare vel sub limē ponere vel infodere. Limino nas cū oībus suis cōpositis est neu. pze/ter illumino nas ⁊ elimino ⁊ sublimino: que in quibusdā suis significationibus sunt actiua. ⁊ cor. mi.

Limis sȝ Hug. h ⁊ h limis ⁊ h lime: ⁊ limus lima limū. i. ob/liquus vel distorquēs oculo. s. strabo. vn̄ h limes mitis. i. callis: ⁊ inde cōponif h ⁊ h sublimis ⁊ hoc sublime.

Limitanus ni: deus qui p̄eēst limiti: qui etiam terminus di/citur ⁊ dicitur a limes tis.

Limito.a limes dī limito limitas. Et est limitare terminare. Et cōponif cū cō ⁊ dī collimito mitas. Delimito mitas. i. disterminare vel valde limitare. Elimito elimitas in eodē sensu. Et ē actiuū limito cū oīb⁹ suis cōpositis. ⁊ cor. mi.

Limo mas: in limo exponitur.

Limosus mosa mosū. plen⁹ limo. ⁊ cōparaī. ⁊ dī a limus.

Limpha a nimpha qd̄ ē aq̄ fit h limpha limphe mutata n i l. i. aq̄ ⁊ lipha ēt dī q̄dā humor vl̄ spuma i frōte canū q̄ dissi/sa p caput isaniūt ⁊ i rabiē vertunt. ⁊ dī a limpha liquore: q2 ad modū illi⁹ discurrit: vl̄ q2 patiētes h vitiū vitāt ⁊ ti/mēt aquā. vn̄ lipho; phario. i. aquā imisce vl̄ isanif. vn̄ li/phat⁹ta tū pticipiū. ⁊ p̄t eē deriuatiuū a lipha sȝ vtrāq₃ ei⁹ sig/nificatōē;. Inuenif ēt lipho phas i eadē significatiōe. Stati⁹ se/primo. Liphat⁹. i. aq̄ mixt⁹ ⁊ limphat⁹. i. isanus. vn̄ lipha/ticus ca cū. i. isanus: ⁊ ppe dī liphatic⁹ qui aquā timeat quā greci. hydrofabi dicunt. ⁊ dī ppe limphatic⁹ q̄ vitiū ex aq̄ ⁊hīt cui⁹ vitiū ē huc ⁊ illuc cursu ire sumpto vitio a fluore aq̄ sȝ poete id vsurpāt nomē h gñalr p furiosus. vn̄ limpha/ticus ppie dī canis a limpha quā hȝ: ⁊ hinc translatū ē ad alia: ⁊ possunt p̄dicta scribi per ph vel per f.

Limpho; phario: in limpha est.

Limpidus.a limpha dī limpidus da dū: paruus lucidus cla/rus vel manifestus q̄si limphidus. ⁊ cōparaī dior simus. Ezechi. xxxiiij. Sup limpidissimam petraȝ effudit illud. vn̄

limpide diua sime aduerbiū. ꝛ h̄ limpiditas tatꝭ. ꝛ limpido das: limpidū facere purificare vel clarificare. ꝛ est actiuū.

Limula le dimi. parua lima.

Limus mi fe. ge terra humida ꝛ cenosa sic q̄ē i pfūdo aq̄. ꝛ dꝛ a lenis qꝛ lenis sit. Itē adiectiue dclinaꝛ limus ma mū. i. obliquus vel distorquēs oculos s. strabo sicut dixi in limus.

Linarius narij. a linū dꝛ h̄ linarius narij. i. retiarius. ꝛ linarius ria riū: ꝛ hoc linariū. i. locus vbi abundat linū vel semen lini.

Linceus in linx cis est.

Linea nee ē corda cū q̄ aliqd dirigiꝛ. ꝛ dꝛ a linū: qꝛ de lino fiat. ꝛ si n̄ fiat ēt de lino tn̄ linea dī ēt signū qd̄ p lineaꝫ fit dꝛ linea vt i scriptura. ꝛ linea ēt lōgitudo dꝛ sine latitudie. vn̄ lineo as aui. i. ptrahē vl̄ lineas facē. vn̄ lineatiꝫ aduerbiuꝫ. i. p lineas ptractim. Et scias q̄ in veteri testō appellatur linea stricta camisea totū corpus operiēs q̄ ita strictis manicis adherebat corpori vt nulla inesset ruga: ꝛ descendebat vsqꝫ ad pedes. vnde grece poderis. i. talare dicebatur.

Linearis. a linea dꝛ h̄ ꝛ hec linearis ꝛ hoc are: quod pertinet ad lineam. Et inde componitur interlinearis re.

Lineus. a linum dicitur lineus nea neum: de lino existens: vl̄ ad linum pertinens.

Lingua. a linguo gis dꝛ hec lingua gue: qꝛ ea lingimus: vel lingua dꝛ a ligo gas: qꝛ ligat v̄ba ꝛ voces p articulatos sonos. vn̄ ligua dꝛ a ledo dis: qꝛ dētib⁹ illidiꝛ. Sicut eni plectrū cordis. ita ligua illidiꝛ dētibus ꝛ vocalē efficit sonuꝫ. vn̄ liguosus sa sum. i. loq̄la plen⁹ ꝛ abūdās. s. loquax. ꝛ cōparaꝛ. vn̄ liguositas tatis. Iteꝫ a lingua linguatus ta tū: q̄ magnā hꝫ linguā vel i lingua potēs. Et cōponiꝛ vt eliguatus ta tū: facūdus vel eloquēs: ꝛ vtrūqꝫ comparaꝛ. Itē lingua poniꝛ p linguagio. Corin. xiiij. Siue lingue cessabunt. Et scias q̄ ligue sacre sūt tres: hebraica greca: ꝛ latina que toto orbe maxie coluntꝛ. nā priusq̄ supbia turris illas diuideret vna oium nationū ligua fuit hebrea. Crediꝛ ēt pbabilr q̄ i pria tn̄ erit vna ligua vn̄ dic. Remigi⁹ sup illud ad corin. Siue lingue cessabūt. Sicut inqt an̄ turriꝫ babel vna erat ligua hebrea sic q̄dā doctores putāt expleto iudicio ipsa remanebit vna. Reuera i mltis liguis varietas est ꝛ vbi varietas ibi dissensio: sꝫ in scōꝝ regno nō erit dissensio: igiꝛ nec liguaꝝ varietas. Item Bernardus di. Multi mlta sciūt vna erit oiuꝫ ligua: iubilatō idesessa: vn⁹ affect⁹ amor eternus. ꝛ erit cōe oiuꝫ oipotētia sapientia pax: iusticia: ꝛ intelligentia: ꝛ nō erit in illa pace diuersitas linguaꝝ.

Linguax. a lingua dicitur linguax cis gene. cōmunis. i. multū loquax: assidue loquens: vel copiosus lingue. ꝛ comparatur vnde hec linguacitas tatis.

Linguilata late fe. ge. piscis qui formā hꝫ lingue vel auguratrix siue incantatrix mulier. ꝛ dicitur a lingua.

Lingula le. parua lingua. ꝛ per concisionē diciꝛ lingula sicut dicit priscianus i tractatu diminutorum.

Linguo gis xi. lictū. i. lambere vel linguā alicui rei superducere. Et cōponiꝛ vt collinguo gis. plinguo gis. religuo gis Linguo est actiuū cū oibus suis cōpositis: ꝛ faciūt ptm̄ in xi antecedente n: ꝛ supinū in ctū ꝛ sine n. Linquo etiā dꝛ facere lictū: sed non est in vsu ad differentiam huius supini lictum qd̄ venit a linguo gis. sꝫ in cōpositione bene est in vsu: vt delictū relictū. Et scias q̄ linguo hꝫ u post g in prima persona tn̄: sicut ꝛ hoc nomē lingua: sed in alijs personis vt lingis lingerem lingere. ꝛ ceteris non habet u.

Linguosus sa sum. in lingua exponitur.

Liniamentum menti. i. dispositio similitudo vel figura similitudinis. ꝛ dicitur a linea nee.

Linifex cis penul. cor. tā in ntō q̄ꝫ in gtō q̄ vl̄ q̄ facit vl̄ opaꝛ linū. ꝛ ē cōis ge. ꝛ deriuaꝛ a linifico ficas. ꝛ cor. fi.

Linificiū cij. est ipsa lini operatio. a linifex dicitur.

Linifico linificas. linū facē. a linū ꝛ facio cōponiꝛ ꝛ cor. fi.

Linio nis niui nire nitū. i. inungere. Et est actiuū cū oib⁹ suis cōpositis. ꝛ pducit hanc syllabā li. ꝛ deriuaꝛ a lino nis. Et scias q̄ lino nis tertie ꝯiugationis. ꝛ lino nis q̄rte diuersa significant sm̄ gramaticos. tn̄ in sacra pagina vt di. Pap. linio fere idē siḡt qd̄ lino. ꝛ h̄ pꝫ in Ezech. xiij. c. ꝛ in Amos vi. cap. ꝛ in moralibus Greg. ꝛ in multis alijs diuine pagine locis. quidā tn̄ putant hoc scriptoꝝ vitio accidisse.

Linipediū. a lino ꝛ pes cōponiꝛ h̄ linipes linipedis ꝛ hoc linipediū pedij in eodē sensu. s. lineum calciamentum.

Linipes dis in linipediū vide. ꝛ cor. vbiqꝫ penul.

Linistema. linum componiꝛ cū stamen ꝛ dꝛ h̄ linistema stematis. vestis ex lino ꝛ lana contexta. ꝛ dicitur sic. qꝛ in stamine linum ꝛ in trama lanam habet. ꝛ produ. ste.

Linna. a linū dꝛ h̄ linna ne. i. sagū q̄drū ꝛ molle. ꝛ est galloꝝ. Quibusdā eni nationibus sua cuiqꝫ pprie vestis ē vt Parthis sarabere. Gallis linne. Germanis renones. Hispanis striges. Sardis mastruce. Et ide linat⁹ ta tū lina idutus.

Lino nis ni. vl̄ magis cū orie ad nomē linū lini leui qd̄ a leo quoqꝫ simplici nasciꝛ qd̄ i vsu nō est. ex quo deleo deleui vetustissimi tn̄ ēt lini in ptō ptulisse inueniunꝛ. Inueniꝛ ēt litū in supino sicut vult Pris. in. x. lib. Liui. aūt quoqꝫ est vsus huius nois linius. sm̄ anteꝫ modernos dicimus lino nis leui litū. Est aūt linere sm̄ Hug. ori dolij operculū oponere. coopire. ē obturare doliuꝫ. ꝛ linere. i. īficere. deturpare. vel glutinare. ꝛ pprie in hac sig̃atione dꝛ linere cum vna res q̄si inficiēdo superponiꝛ alij. Tunc paries liniꝛ cū calx supducitꝛ ꝛ lutū. Itē linere. i. destruere vl̄ delere. vn̄ h̄ litura re. Lino cōponiꝛ vt allino nis leui allitū. i. valde vl̄ iux̄ linere. Collino nis. sil̄ linere. Delino nis. i. valde vl̄ deorsum linere vl̄ planare. vl̄ delere. vel occidē. Illino nis. i. intus vl̄ valde linere. Interlino nis. i. īterpolatim linere vl̄ īterficē. Perlino. i. pfecte linere vel occidere. vn̄ perlitor. i. occisor. Oblino nis. i. īficere vel deturpare. qd̄ vulgo diciꝛ empegezare. Relino nis. i. iteruꝫ linere. Lino ꝛ ei⁹ cōposita oia sūt actiua. ꝛ hāc syl. li vbiqꝫ cor. ꝛ faciunt ptm̄ in leui. ꝛ supinū in litū penul. cor. Est eni regula gn̄alis. Oē supinuꝫ veniēs a ptō termināte in ui syl. pdu. penul. Excipiunꝛ h̄ lutū itū quitū citū situm satū cognitū agnitū que oia cor. penul. Ex pdictis pꝫ q̄ lini infinitiuus cor. li. sꝫ h̄ linū ni pd. li. vn̄ versus. Prīt multa lini calido de semine lini.

Lynosis. a lyen qd̄ ē splen dꝛ lynosis sis morb⁹ splenis ꝛ hic lynosus sa sum. ꝛ lyenosus sa sum. i. spleneticus q̄ patiꝛ in splene. vn̄ Plau. in Cassia. Cor vt opinor lyenosum hꝫ.

Linquo quis q̄ q̄re. i. peccare vl̄ dimittere. Et cōponiꝛ vt delinquo q̄s q̄. i. pecco vl̄ cōmitto. vn̄ h̄ delictuꝫ. i. pctm̄. Relinquo q̄s qd̄ ꝯponiꝛ vt derelinquo q̄s. Linquo ꝛ oia ei⁹ cōposita sūt actiua. ꝛ faciūt ptm̄ in liq̄. ꝛ supinū in lictū abiecta u. In simplicitate tn̄ nō est in vsu supinū hui⁹ verbi liquo ad differentiam huius verbi linguo gis. qd̄ facit lictum.

Linteamen in linteum est.

Linteolum in linteum vide.

Linter teris fe. ge. parua nauicula: dcā a linio. qꝛ vadit ꝛ currit sup aquā q̄si liniendo. ꝛ cor. penul. genitiui linteris.

Linteū. a linū ni dꝛ h̄ linteū tei. i. velū qd̄ in lectulo sterniꝛ vel mantile. Itē a linū h̄ linteamen minis. quod in lectulo sterniꝛ. ꝛ pdu. penul. noīatiui. Et a linteū dꝛ hoc linteoluꝫ li diminutiuū. Ezech. xxx. Fastiretur linteolis.

Linum ni dꝛ a lenis qꝛ fit molle ꝛ lene. vel greci dicunt linatim. ꝛ inde nos dicimus linum. ꝛ produ. li. sed lini infinitiui modi cor. li. sicut dixi in lino nis.

Linx licos grece dꝛ lupus latine. ꝛ ide linx lincis ge. incerti. ꝛ h̄ linca ce p eodē aīali. qd̄ vulgo dꝛ lupus ceruarius. Et dꝛ a licos qꝛ in lupoꝝ gn̄e numeraꝛ. ꝛ ē cis filis. Et diciꝛ linx oculos hēre tā acutos vt etiā visu parietes penetret. Et inde linceus cea ceū. ꝛ hinc lince⁹ cei dictus fuit q̄dā oculos hns tam claros ꝛ tam acutos q̄ existens in sicilia. vidit naues exeuntes in aphrica vt diciꝛ. Item linceus cei quidaꝫ mons archadie dictus sic ex abundantia luporum.

Linxa. a linx dꝛ h̄ linxa xe dea bestiaꝝ. Hec dea splēdor vl̄ viuacitas visus itelligiꝛ. Dr̄ aūt h̄ dea magis dea bestiaruꝫ q̄ꝫ hoium. qꝛ acutius vidēt bruta aialia q̄ꝫ hoies. vn̄ nocte habent sui visus ꝯtemperamentū. qꝛ tunc aliqua inueniunt obstacula. de die aūt qꝛ nulla inueniunt fere nihil vident.

Lipperus ra rū.i.tener mollis vel delicatus: ⁊ dr a lippus.

Lippio pis pui pitū.i.eē vel fieri lippū.vñ lippiens tis ptici/piū ois gñis. Et est a lippio lipisco scis inchoatiuum.

Lippitudo dinis lachrymatio vel putredo oculi. ⁊ dicitur a lippus pi addita tudo.

Lippus pa pū per geminū p vt vult Pris.i.orthographia: q̄ hȝ oculos lachrymātes quodā marcore plenos. Et dicitur a pus.i.aputredo.i.a putredine oculoꝝ. vt derinatio sumaƭ ab vltima syllaba. Et cōparaƭ pior simus. vñ lippe pius si/me aduerbiū. ꝙ aūt dr lippus q̄si liquorē putridū p oculos emittens potius ethymologia est q̄ȝ cōpositio.

Lipsanū ni grecū est. ⁊ est neu.ge. Proprie lipsana dnr reli/quie q̄ remanēt sȝ Hug. Inuenit etiā lipsanū vt quidā di/cunt pro vase in quo ponunƭ ossa sanctoꝝ: ⁊ vt dicit ma/gister bene. pdu.pe. Pap. etiā dicit Lipsana reliquie Jon nes eps in quodam sermone de annunciatiōe dnica dicit Palestina lipsanū abrae habet. ioseph ossa vnū amplecti/tur sepulchrū moysi: nec inuenitur sepulchrum.

Liq̄mē.a liquo q̄s dr h̄ liq̄mē nis: ⁊ h̄ liq̄mētū ti. Liquamen ppe dr pisciū: qꝛ soluti in salamētū pisciculi eūdē humorē liquāt: cuiusmōi liquor dr salsugo vel muria: sȝ muria p/prie dr aq̄ sale cōmixta ⁊ effecta gustu in modū maris.

Liqueo.a liquo q̄s dr liqueo ques idē qd liquor q̄ris.i.flue/re decurrere vl dissolui. Itē liq̄re poniƭ p apparere vl ma/nifestū eē. nā cū massa liq̄scit qd prius erat occultū fit mani/festū. Itē liq̄re poniƭ p deficere: qꝛ cū nix liq̄t d̄ficit. Et a li/q̄o dr liq̄t ipersonale.i. appet. certū ē vl manifestū. ⁊ liq̄sco scis ichoa. ⁊ accipiƭ i eodē sensu i quo ⁊ liq̄o. ⁊ ide liq̄scit i/psonale ⁊ liq̄scēs. Liq̄o cōponiƭ vt colliq̄o ques.i. sil liq̄re. Itē deliq̄o ques.i. decurrere q̄si deorsū vel valde liq̄re. itē eliq̄o ques.i. valde vl ex̄ liq̄re. Itē pliq̄o ques.i. an liqueo. Perliq̄o valde vl pfecte liq̄o. Reliqueo ques iteꝝ liqueo. Et ab oīb⁹ his ichoa. colliquesco. deliquesco. eliquesco. pli/quesco. pliquesco. reliquesco. Liqueo ques cū oīb⁹ suis cō/positis ē neu. ⁊ facit ptitū in quui p q ⁊ geminū u: ⁊ caret su/pi. ⁊ cor. vbiq̄ȝ hanc syllabaȝ li: sicut ⁊ liquesco. vñ Ouidi. mera. deliq̄r stagnisq̄ȝ suo de noīe facit. vñ Ouid. de ponte. Nō mihi fata liquent ceptos seruantia cursus. Liceo ces Et facit licui: ⁊ tunc scribitur per c ⁊ vnum u.

Liquescentia. a liquescenti datiuo de liquescens addita a fit h̄ liquescētia tie.i. apparētia vl defectus: vl liq̄ditas. ⁊ cor. li. De liquescētia ⁊ liq̄dis dixi in prima parte supra in tra/ctatu de lr̄a in capitulo de a fine de liquescentia.

Liquidus. a liqueo ques dr liquidus da dū.i. fluidus vel ma/nifestus. ⁊ comparatur dior simus. vñ liquide dius sime aduerbiū. ⁊ hec liq̄ditas tatis. ⁊ liquido das verbū actiuū i. liquidum facere: ⁊ cor. qui.

Liquo q̄s q̄ui quare.i. liquidū facere. decurrere. defluē. liquo/rē emittere. vel purgare. vñ h̄ liquator toris tori: ⁊ h̄ liqua/tio onis. Et cōponiƭ cū con: ⁊ dr colliquo quas. Itē cū de: ⁊ dr deliquo quas. Itē cū e: ⁊ dr eliquo q̄s.i. valde vel ex̄ liquare vel purgare. vnde ⁊ ponitur pro excolare vl foras emittere. manifestare. vel cū quodā vocis lenocinio pnun/ciare. vñ eliquatus ta tum. Liquo quas actiuum est cū oī/bus suis cōpositis. ⁊ cor. hanc syllabam li. vnde Persius. Et liquat ⁊ tenor supplantat verba palato.

Liquor ris vbū depo. caret suppletiōe pteriti ⁊ vltimi supini: i. fluere. decurrere. vl dissolui. ⁊ produ. primā. ⁊ dr a liquo q̄s. Itē inueniƭ h̄ liquor quoris nomē. ⁊ cor. primā. ⁊ dr a liqueo ques. nam i ante q abbreuiaƭ. ⁊ liquor nomen: pter liquor q̄ris tertie ꝯiugationis: ⁊ liq̄ preteritū. vñ q̄daȝ. Sic distingue liquor pro fluxu profluo liquor.

Liquui preteritum de liqueo per geminum u post q scribiƭ vide in liqueo ques.

Lyra.a lyrin dr h̄ lyra re qōdā instrumētū canendi q̄si a va/rietate vocum: qꝛ diuersos sonos efficiat. Itē lyra grece dr latine sulcus. ⁊ pprie arati. vñ hec lyra apd nos dr sulcus ⁊ inde lyro ras.i. arare. vel sulcare. ⁊ inde cōponiƭ delyro ras.i. desulcare a sulco deuiare vel exorbitare: sicut boues discordantes faciunt. vñ ⁊ sepe poniƭ pro discordare. Vñ Hora. in epi. Quicq̄d delyrāt reges pl. ctunƭ achiui. Et hic delyrus ra rū stultus fatuus ⁊ discordiosus. Et nota ꝙ de/lyrare pprie senū ē. ⁊ senes pprie dnr delyri: qꝛ propter se/nectutē insaniunt: ⁊ rectū tramitem tenere nō pñt. Et scias ꝙ delyro ⁊ delyrus nō pñt esse cōposita a lyra pro instru/mento canendi: qꝛ tunc lyra habet primā breueȝ sed lyra p sulco producit primā: sicut pȝ in illo vsitato versu. Pollice tāgo lyrā: facio cū vomere lyram. Delyro ergo cōponitur a lyra pro sulco. vnde lyro ⁊ delyrus produ. penul. sicut lyra pro sulco primaȝ vt patuit p Horatium ⁊ hoc vult Hug. ⁊ mgr bn̄. Quidaȝ tñ dicunt ꝙ delyro.i. discordo. ⁊ cōponiƭ a lyra p instrumēto canēdi: ⁊ sic sm eos cor. penul. sȝ dely/ro p deuio cōponiƭ a lyra p sulco ⁊ sic pdu. li. vnde versus sm eos. Delyro discordo delyro deuio dico. 173

Lyricen cinis mas.ge.i. cū lyra canens: ⁊ cōponiƭ a lyra ⁊ ca/no canis: ⁊ cor. penul. tam in ntō q̄ȝ in gtō.

Lyricina ne mulier q̄ cū lyra canit ⁊ dr a lyricen. ⁊ cor. penul.

Lyricus. a lyra dr lyricus ca cū: ad lyrā ptinens.i. dulcis ⁊ sua/uis. vñ carmina Horatij dnr lyrica. qꝛ cū lyra cātabāƭ: vel a lyrin dr lyricus ca cū.i. vari⁹ vl diuersus ⁊ hinc carmina Horatij dnr lyrica a varietate carminū q̄ in eis ꝯtinēƭ: ⁊ ly/rici poete: qꝛ lyrica scribūt. Lyricus cōponiƭ vt plyric⁹ ca cū.i. dulcis ⁊ delectabil sup alios vl sup cātū lyre: ⁊ cor. ri.

Lyrin grece: latine dicitur diuersitas vel varietas.

Lis tis fe.ge. ⁊ formaƭ gtūs a ntō remota s ⁊ addita tis ⁊ dr a limes mitis: qꝛ cōmittiƭ lis inter duos ⁊ mora finiƭ rixa i/ter multos ⁊ iniuria ꝯstat. Et dr lis a ꝯtentione limitis qꝛ agros diuidit: ⁊ pdu. i ante t. vñ q̄dā. Absentis partē stude as in lite tueri. ⁊ scribiƭ litiū gtūs pluralis per t. ⁊ etiaȝ reti/net sonū t. lȝ ponaƭ inter duas vocales. ⁊ h̄ ad dr̄iam de li/ciū licij. ⁊ facit actūs pluralis in es ⁊ in is vt lites vel litis. Cicero in frumentaria. Sedasti indē ēt litis illoꝝ.

Lise vel lisan hebraice dr. apl's grece sm Hug. Pap. do dicit Lisa hebraice. apl's grece missus latine dr.

Lisciuiū uij dr a lixen qd est aq̄: qꝛ fit ex aq̄ mixta cineri.

Lisis interpretatur solutio.

Listrimos ē cū plures sensus i vnū locuȝ breuiter expeditos coaceruaƭ ⁊ cū q̄dā festinatiōe decurrit: vt Cicero rēpubli/cā querītans. vitāq̄ȝ boluȝ ꝯiuges liberū ⁊c̄. sm papi.

Litargyriū. a lithos qd ē lapis ⁊ argyros qd ē argētū dr h̄ li/thargiriū gyrij. purgamtū argenti qd spuma argēti vocaƭ ⁊ fit ex argēto ⁊ plūbo. idē ⁊ h̄ lithargyrꝰ ri dr. ⁊ ide lithar/gyric⁹ ca cū. qd fit de lithargyro vl qd ptinet ad lithargyrꝰ.

Litera. a lego ⁊ iter vel itero cōponiƭ litera re q̄si legitera. qꝛ legēti iter pbet. vel qꝛ legēdo iteraƭ. Vel dr litera q̄si litura a lino nis sȝ ꝯsuetudinē antiquoꝝ q̄ in ceratis tabulis sole/bant scribē. ⁊ postea linire vel linere. ⁊ sȝ h̄ lr̄a dr tñ de fi/gura. Sȝ q̄cūq̄ȝ sit deriuatio vl cōpositio istꝰ noīs lr̄a debȝ scribi p t tm̄. sic di. Hug. Sȝ lr̄a deriuaƭ a lego gis vel a li/no nis. ⁊ qꝛ tā lego q̄ȝ lino cor. primā vꝛ ꝙ litera pmā corri/piat. sȝ ꝯstat ꝙ pmā pdu. vt pȝ in illis v̄sibus. Discere q̄ q̄/ris vt recte v̄sificeris. Sunt tibi nota tetra pes litera syllaba metra. Et ita videƭ ꝙ ibi sit positio. ⁊ sic ꝙ scribaƭ p gemi/nū t. sic multi scribūt. Ad h̄ pōt dici ꝙ litera scribaƭ p vnū t. nec obstat ꝙ pmū pdu. ⁊ lego vel lino pmā corripiat. qꝛ lr̄a tȝ nām hui⁹ pteriti legi vl leui q̄ pmā pducūt. Et regula ita tradēda ē. Quanta fuerit pma naliter in pmitiuo. tanta remanet in suo directe deriuatiuo. vt sedes sedi. rex regi. li/tera legi. A litera deriuaƭ h̄ ⁊ h̄ literalis ⁊ h̄ le. vt sciētia li/teralis q̄ de literis tractat. vl q̄ efficit literatū. itē a litera dr litero ras.i. literas istruē vl literas ꝯiūgē vl cōbinare. Sic syllabicare syllabas ꝯiūgere. ⁊ dictionare dictiōes ꝯiungē. Et cōponiƭ vt collitero ras sil literare. Oblitero ras.i. de/lere vel obliuionis tradere. ⁊ inde obliteratus ta tum.

Literalis in litera vide.

Literarius. a literat⁹ vl a litera dr literari⁹ ria riū. idē qd lite/ratorius vel literis plenus. vnde Augu. in lib. de ciui. dei. Cum quidem literarius Varronis opera pdicaret.

L iteratorius ria rium in literatus vide.

L iteratus.a lr̄a đr hic lr̄atus ti: ꝛ hic lr̄ator toris: ꝛ lr̄atus ta tū
Literator vel lr̄atus nō đr ille q̄ hꝫ multos libros ꝛ ispicit
ꝛ reuoluit: vt monachus q̄ ꝓprie pōt dici antiq̄rius q2 anti
quas historias hꝫ ad manū: sꝫ ille đr literator vel literatus
q̄ ex arte de rudi voce scit formare lr̄as ꝛ ꝯiungē in sylla-
bas: ꝛ syllabas in dictōibus: ꝛ dictiōes in orōnibus: ꝛ orō
nes sic ꝯgrue ꝓferre ꝛ accētuare. vn̄ Hiero. sup math. Lite
rator inḋ erat q̄ grāmatos grece đr. Literatus cōponit̄ cū
in ꝛ mutata n in l đr illr̄atus ta tū. i. sine lr̄is: nō lr̄atus vel
idiota. Et cōparat̄ lr̄atus ꝛ illr̄atus. Itē lr̄at⁹ ꝛ illr̄at⁹ aliter
accipiūt̄. Itē illa vox ꝯ̄lr̄ata q̄ figuris visibilib⁹ antea inē
tis ꝛ vſitatis pōt repr̄ſtari. Illr̄ata aūt đr illa q̄ sic repr̄ſtari
nō pōt: vt sibulus vł gemit⁹ īfirmoꝝ. Et a lr̄ator vel lr̄atus
đr lr̄atorius ria riū. qđ ꝑtinet ad lr̄as vł ad lr̄atorē: vel qđ
gere iterdixit: s3 vt meli9 p obediētie meritū hō bn̄ ꝯditus
cresceret. dignū fuerat vt hūc ēt a bono phiberet: q̄ten9 tā
to verius h̄ qd̄ ageret xtus eēt: q̄to a bono cessans aucto
ri suo se subditū hūili9 exhiberet. S3 sciēdū ē q̄ illic dr̄. Ex
oī ligno padisi edite de ligno āt sciētie boni ꝛ mali ne teti
geritis. q. n. ab vno quolz bono subiectos vetat necē est vt
multa ꝯcedat: ne obediētie mens fūditus itereat: si a bonis
oibus penit9 repulsa ieiunet. Oēs āt padisi arbores ad esū
dn̄s ꝯcessit: tn̄ ab vna phibuit vt creaturā suā quā nole
bat extigui s3 puehi tāto facilius ab vno restringeret q̄to
ad cūcta latius relaxaret. De voto obediētie reqre in votū:
In quō oēs creature insensibiles deo obediāt dcm̄ ē ī ma
re. Uide ēt ī rector. Itē scias q̄ btūs Bern. dicit in. xl. ser
Cant. Audi filia ꝛ vide ꝛc̄. Uidere desideras sed audi p̄us
gradus ē auditus ad visū. pinde audi ꝛ inclina aurē tuā:
vt p auditus obediētiā ad gloriā puenias visionis. Hic pōt
q̄ri an religiosus teneat̄ obedire p̄lato p̄cipiēti: vel cōit̄ oi
bus: vel sibi soli spālr̄: vt si q̄d sciat ei corrigēdū dicat̄: Ad
h̄ dicūt q̄dā q̄ p̄lato nō est obediēdū ꝯ p̄ceptū diuinū: fm̄
illud Act. iiij. Obedire nos oꝫ mas deo q̄3 hoibus. Et iō qn̄
p̄latus p̄cipit vt sibi dicat̄ qd̄ q̄s sciuerit corrigēdū: intelli
gēdū est sane p̄ceptū saluo ordine correptiōis fraterne: siue
p̄ceptū sit cōiter ad oēs siue ad aliquē spālr̄. S3 si p̄latus p̄
ciperet ꝯ hūc ordinē a deo institutū. ꝛ ipse peccaret p̄cipiēs ꝛ
ei obediēs q̄si ꝯtra p̄ceptū dn̄i agētes. vn̄ nō eēt ei obedien
dū q2 p̄latus nō est iudex occultoꝝ: s3 solus deus. vn̄ nō hꝫ
ptātē p̄cipiēdi aliq̄d sup occultis nisi inq̄ntū p aliq̄ indicia
manifestētur puta p infamiā vel aliq̄s suspiciōes. In q̄bus
casibus p̄t p̄latus p̄cipe eodē mō sicut ꝛ iudex secularis vel
ecclesiasticus pōt exigere iuramētum de veritate dicēda. ꝛ
istius opiniōis fuit frater Thomas. De h̄ ēt vide in corri
pio. Hic nota q̄ ex duobus casibus pōt ꝯtingere q̄ subdit9
supiori suo nō tenet̄ obedire: Uno mō pp p̄ceptū maioris
vn̄ subditus nō tenet̄ obedire in pctō mortali vel veniali.
Alio mō si supior aliq̄d p̄cipiat inferiori ī quo ei nō subda
tur: vt in occultis dicēdis vt dixi. Hic ēt nota q̄ in cōmēda
tiōe obediētie dicit q̄dā glo. sup illud Esa. xx. c. Uade ꝛ sol
ue saccū de lūbis tuis ꝛ calciamēta tua tolle de pedib9 tuis:
ꝛ fecit sic Esaias vadēs nudus ꝛ discalciatus. Mira inquit
obediētia solo cilicio induebat̄ vir nobilissimus vt hebrei
tradūt: cui9 filiā Manasses rex accepit in ꝯiugiū. n̄ erubuit
nudus incedere nihil honestius indicās q̄3 dn̄o obedire.
Obeditio onis in obedio dis vide.
Obelus. belos p appositionē o lre obelos dr̄ sagitta. vnde hic
obelus li latine penl̄. pdu. dr̄ q̄dā v̄gula iacens sic scā q̄
apponit̄ ī v̄bis vel sentētijs supflue iteratis: vl̄ in his locis
vbi lectio aliq̄ fallacia vel falsitate notata est vt q̄si sagitta
iugulet supflua ꝛ falsa ꝯfodiet obelus. Astericus ē alia vir
gula sic facta. ꝛ ponit̄ in his de q̄bus dubitāt an tolli
debeāt vel apponi. Et ab obelus dr̄ obelo las sagittare vel
sagitta pcutere: vel tali virgula denotare consignare vel re
stituere. De hoc etiā vide supra in astericus.
Obeo: ex ob ꝛ eo ꝯponitur obeo obis obiui: qd̄ plura sigt̄ nāq3
obire. i. ꝯ ire: ꝛ obire. i. circū ire. ꝛ obire. i. pficere. ꝛ obire. i.
frequētare. itē obire. i. mori: s3 differunt: obire eni est in iti
nere: mori vbiq3. Itē mori cōe ē bestijs ꝛ hoibus ꝛ bonis ꝛ
malis. s3 obire ꝯuenit tm̄ hoibus: ꝛ tm̄ bonis. Est enim ob
ire q̄si obuiā ire. Boni ergo obeūt. i. in dissolutiōe aie ꝛ cor
poris obuiā eunt xpo in aera. vn̄ in chalendario inuenitur:
Obitus beati Martini. ꝛ nō mors beati Martini.
Obero ras. vn̄ in oberatus ta tū in erro erras est.
Obesus: ex ob ꝛ esus ꝯponitur obesus sa sum penul. produ. i.
pinguis imo plusq̄3 pinguis Prope q̄dē obesus pinguis ꝛ
rotūdus vndiq3: q̄si circumq̄q3 eēt esus: ꝛ est obesus forinse
cus: crassus intrinsecus. Gen. xlj. Obesis carnibus.
Obex. ab obijcio cis dr̄ h̄ obex obecis penul. cor. in gtō. i. ob
staculū qd̄ obijcit̄. Inuenitur etiā fe. ge. apud auctores: sed
fm̄ vsum modernoꝝ est mas̄. ge.
Obiecto: ab obijcio cis ieci iectū ctu. u in o fit obiecto ctas. i.
frequenter obijcere.
Obijcio: ex ob ꝛ iacio cis cōponit̄ obijcio cis ieci iectū obijce
re. i. opponē vl̄ iproperare. vn̄ obiectus cta ctū ꝛ h̄ obiectio
onis. ꝛ dꝫ scribi per duo ij obijcio. Uide in iacio cis.
Obiter. ex ob ꝛ iter componitur obiter aduerbiū. i. iterim dū
est in itinere.
Obitus tus. i. mors vel transitus. ab obio obis dr̄. Et differt a
morte: q2 obit9 ptinet ad bonos hoies: mors bonis ꝛ mal̄:
ꝛ ēt bestijs ꝯuenit. Uide in obeo is: ꝛ cor. hi obit9. Et vt di
cit Grego. eīne retributiōis iudiciū ē ī obitu securitas mētis.
Obiurgo gas ꝛ obiurgor garis deponē. inuenitur in eodē sen
su. Uide in iurgo gas.
Oblatiuncula le dimi. parua oblatio.
Oblecto ctas. i. dlectare. ex ob ꝛ lacto lactas. Uide ī lacto ctas
Oblego ex ob ꝛ lego gas gaui gare. i. ꝯ legare. vl̄ p ꝯtrā vl̄ cō
tradicere: vel ꝯtra leges venire vel dicere: ꝛ pducit le.
Oblido dis ex ob ꝛ ledo dis cōponitur. Uide etiam in ledo.
Obligo gas gaui ligare. i. ipignorare: q̄si ob. i. ppter aliq̄d im
pignorare dare vel nectere. vn̄ hec obligatio onis. Et cōpo
nitur obligo ex ob ꝛ ligo gas. ꝛ cor. li.
Oblimo mas ex ob ꝛ limo. Uide in lima. Luc. Pene gener
grassis oblimat echinadas vndis.
Oblinio nis ex ob ꝛ linio nis. Et est oblinire placare. lenem ꝛ
dulcē facere: vel pōt cōponi ex ob ꝛ linio nis: ꝛ tūc oblinire
. i. inungere. vn̄ oblinitus ta tū. i. linitus sine unctus. Dicit̄
etiā oblinitus. i. placatus vel lenis factus.
Oblino oblinis leui litū ex ob ꝛ lino linis. ꝛ ē oblinire inficere
vl̄ deturpare qd̄ vulgo dr̄ empegazare. ꝛ cor. li vbiq3.

Obliquo. ex ob & liquo quas cōponit obliquo ḡs quasi q̄re .i. trāsuersum facere. vel non rectū siue nō equū facere. vn̄ obliquus qua quū .i. nō rectū. cōtrariū. vel curuū. vn̄ dicit Pap. Obliq̄t trāsuersus facit: obliq̄ .i. nō recta ꝯtia vel curua: & pdu. li. Pōt ēt obliquo cōponi ex ob & liquo quas: & est obliquare ob vel contra liq̄re. & corri. li.

Oblitero ras in litera vide.

Oblitus ta tū ē pticipiū de obliuiscor sceris. & tūc pdu. penl. Itē ē pticipiū de oblinor ris qd ē passiuū de oblino nis le ui nire nitū: & tūc cor. penul. vn̄ Ysius. Immemor oblit⁹ ma net oblit⁹ atq̄ linitus. Uel fm Grecis. Immemor oblit⁹ no tat oblit⁹ maculatus. Hic obliuiscor ē illius oblino caput.

Obliuiscor: ex ob & liuiscor sceris qd nō ē in vsu cōponit obliuiscor sceris oblit⁹ sū .i. memoriā alicui⁹ rei amittere: & cōstruit cū gtō & actō. vt obliuiscor tui vl te. vn̄ hc oblimo onis & hic obliuiosus sa sū obliuiōe plen⁹: vl q̄ facile obliuiscit

Oblongus. ex ob & lōgus ga gū cōponit oblōgus ga gū: & dr illud esse oblongū qd in medio dilatat sed in capitibus restringitur: vt nauis: & ouū.

Obnitor teris in nitor teris vide.

Obnixus: ab obnitor teris dr obnixus nixa nixū .i. cōtra cona tus subiectus vel humilis.

Obnoxius: ex ob & noxius cōponit obnoxius noxia noxiū .i. subditus: vel obnoxius cōponit ex ob & noxa. Ppe q̄de obnoxius alicui dr qui pp noxā .i. culpā: vel pp offensam aliquā illi est suppositus debitus vel obligatus: & ponit p subiecto vel supposito & subdito quocūq̄ modo.

Obolus li penl. cor. i. dimidi⁹ vl scrupulus q̄ pēsat siliq̄s tres bris cerates duos. calcbos q̄tuor. Et fiebat olim ex ere ad instar sagitte. vn̄ ēt nomē a grecis hz. Dicit eni ab obelus qd ē sagitta Obelus ēt dr medalia siue medietas denarij. Et inde cōponitur diabolaris.

Obradio as in radio as est.

Obrepo pis penul. pdu. in repo pis vide.

Obrizū: ab obradio as dr h obrizū zi aurū ocīi sic qr obradiet splēdore. & ē coloris optimi: qd hebrei offon: greci chiron vocāt. Uel obrizū dr q̄si obrade aurū: & est etymo. & pdu. obrizū penul. pstiōe. qr z est duplex consonans.

Obruo ruis o in i obrui: & l in tus obrutus penul. cor. Uide in ruo ruis.

Obscen⁹: ex ob & cenū cōponit obscen⁹ na nū: vl ex ob & cena q̄si ꝯ cenā. Nā obscena sunt cene ꝯtia: & interponit s. Naz vt dicit. Pris. in. ij. maio. Ob quoq̄ ē q̄n assumit s cū cōponit cū dictiōe incipiēte a c: vt obscur⁹. Uel obscen⁹ pōt cōponi ex obs & canendo: vt dicit Pris. in. ix. li. Inuenit obs a quo cōponit obscen⁹. Obsoleo leo inquit obsolui facit. Nō est eni a soleo qd solit⁹ sum vel solui facit pteritū: sed ab obs & oleo: sic obscen⁹ ab obs & canēdo. Obscenus eni ppie dr de voce: vxor eni obscena dr .i. dura & turpis: & de alia re imūda & turpi dicatur obscenus. & pdu. sce.

Obscur⁹: cura ꝯponit cū ob: & interponit s: & dr obscur⁹ ra rum penl. pdu. & ē ppie obscurus q̄ ē ob curā .i. ꝯ curā hoīe .i. de quo nō curāt hoīes. vn̄ obscure aduer. & h obscuritas tatis: & obscuro ras vbū actiuū .i. facē obscurū. Et scias qp ob assumit s cū ponit cū dictiōe icipiēte a c q̄nq̄: vid. i obscen⁹

Obsecū do das in secūdus vide.

Obsero ris penul. cor. in sero ris vide.

Obseruo: ex ob & seruo nas cōponit obseruo uas. & inuenit i bona sig̃atione & in mala. In bona vt iste obseruat pcepta dn̄i. In mala: vt obseruabit pctōr iustū .i. insidiat iusto. In bona sig̃atiōe dr obseruare: q̄si vndiq̄ suare & adimplere. In mala q̄si ꝯ seruare. vn̄ ꝯsus. Cōplet & exequit obseruat & insidiat. vn̄ obseruans tis oīs ge. & hec obseruantia tie: & h obseruatio onis: & obseruātia cultus religionis: sed obseruatio est cure & doctrine & artis. & ambo fuit fe. ge.

Obses sidis cōis ge. i. vas vadis: & cor. penul. genitiui: & deriuat ab obsideo des: & dicunt ppie obsides q̄ ab obsessis dant: vel qui dari solent: & cū honore custodiri.

Obsideo des vl obsido dis sedi sessuz. in sedeo ē. Itē ab obsidio vl obsedeo des dr hec obsidio onis. i. obsidendi actio.

Obsoleo: ex ob & oleo interposita s cōponit obsoleo les leui vl lui letū vel liū lere. i. dissuescere: ab vsu recedere. & in obliuionē venire. vilescere pp fetorē deferi: vt iste locus obsolet. i. ab vsu recedit: vilescit. pp fetorē deserit fz Hu. Pris. Ho in. ix. li. sic dicit. Obsoleo quoq̄ obsolui facit: nō ē n. a soleo qd solitus sū facit siue solui ptm̄ fm Salus. sz ab obs & oleo. sicut obscenus ab obs & canēdo vel ceno: & cor. so obsoleo. vn̄ obsoletus ta tū. vide in oleo.

Obsoletus ta tū. in obsoleo les vide.

Obsolui est preteritū de obsoleo.

Obsoniū nij in obsono nas exponitur. 199

Obsono. sōn⁹ ꝯponit cū ob. & subtracta m dr obsono nas penul. pdu. i. cenā: qr cena ꝯ sōnū solet sumi. sz lz ita obsonare inueniat simplr p cenare. ppe tn̄ obsonare ē post cenā ꝯ sōnū aliqd cōedere. vn̄ h obsoniū. i. pūus cib⁹ & delicat⁹ q̄ post cenā ꝯ sōnū sumit. vn̄ qlibz modic⁹ & delicat⁹ cib⁹ int alios sūptus dr obsoniū. qd vulgo cōpanaticū dr. Et ab obsoniū dr obsonat⁹ tus act⁹ obsonādi vel ipsa cena siue obsoniuz. vel sumpt⁹ q̄ expēdit in cena siue obsonio. Et est obsono nas neu. Et sz aliquos inuenit absonor naris depo. i. eodē sensu. Itē inuenit obsono nas. i. ꝯ sonare. & tūc ꝯponit ab ob & sono nas: & cor. so. sz q̄n cōponit a somnus pdu. so. qr subtrahit m: vn̄ ꝯsus. Obsono ceno: tn̄ obsono ō sono fert

Obstetrix: ex ob & stera cōponit hec obstetrix tricis. i. femina q̄ sterā tractat. s. q̄ colligit puerū de ventre pcedentē: vl de riuat ab obsto stas. vn̄ obstetrix quasi obstatrix: qr obstat parturiēti. & cor. nāīr ste. Et inde obstetrico cas. i. officiū obstericis exercere Exo. i. Obstetricādi hēt sciam. vn̄ obstetricāe tis ge. oīs Job. xxvj. Et obstetricāte manu ei⁹ eductus ē coluber tortuosus. & pdu. penl. obstretrico sic iste genitiuus obstetricis. Obstetricante intellige .i. leniter educente. & sua uiter contrectante sine animi turbatione.

Obstinatus ta tum in obstino nas vide.

Obstinax nacis in obstino nas vide.

Obstino: teneo cōponit cū ob: & interposita s dr obstino nas naui nare. i. in malo durare facere: & in malo pseuerare intēdere. vn̄ obstinatus ta tū. i. in malo induratus: obfirmatus vel intētus. Et ꝯparat. vn̄ obstinate aduer. i. in malo pseueranter vel intente: vn̄ inuenit etiā obstinatus in bona parte. i. in bono proposito firmus & stabilis. Unde Ruth. i. Uidens qp obstinato esset animo.

Obstipus: ex ob & stipus cōponit obstipus pa pū. i. inclinat⁹ qr qui petit stipē & accipit caput inclinat: vel ꝯponit ex ob & stipes q̄si ꝯtra stipē inclinatus. vn̄ obstipo pas. i. inclinare. Pōt etiā obstipo componi ex ob & stipo pas.

Obsteti est preteritum de obsto stas. & corripit penultimam.

Obsto stas in sto stas vide.

Obstrepo pis pui pitū. i. ob vel cōtra strepere. Et componitur ex ob & strepo pis: & corripit stre.

Obstringillus: ab obstringo gis dr hic obstringillus gilli qd dā genus calciamēti. Et sunt obstringilli qui per plātas cōsuti sūt: & ex superiori parte corrigia contrahuntur vt strin gantur. vnde & nominantur.

Obstrudo dis vide in trudo dis.

Obstruo: ex ob & struo struis ꝯponit obstruo struis. i. ꝯ struere. vl vndiq̄ obturare: obicere. ipedire. claudē vl abscōdē.

Obtempero ras in tempero ras vide.

Obtigi penultima correpta pteritū de obtingo gis.

Obtineo: ex ob & teneo cōponitur obtineo nes nui tum idest impetrare vel acquirere: vnde hic obtentus tus idest impetratio vel acquisitio: & corripit ti obtineo.

Obtingo. ex ob & tango gis componit obtingo gis tigi idest vndiq̄ vel contra tangere vel accidere: sed accidit malus euenit casu: obtingit forte: contingit facto.

Obtrudo dis in trudo dis est: & pducit tru.

Obtuitus: ab obtueor tueris secūde cōiugatiōis dr obtuitus ta tū: sz obtutus ab obtuor tueris tertie ꝯiugatiōis deriuat.

Obturo. ab obtūdo dis qd cōponit ex ob & tundo dicitur ob

turo ras rani rare.i.claudere vel stipare: vñ obturãs tis genere.oīs. Unde pphēta. Sicut aspidis surde ꝛ obturãtis aures suas.i.claudentis. ꝛ obturatus ta tum: ꝛ pducit tu. Uñ in Aurora dicitur. Lex ait. ora boui non obtures operanti. Unde in prouer.xxi.ca. Qui obturat aures suas ad clamorē pauperum: penul. produci debet.

Obtusus sa sum in tundo est.

Obtutus ta tum in obtuitus vide.

Obuersor: ex ob et verso sas cōponitur obuersor obuersaris idest conuersari.

Obuio: ex ob ꝛ vio vias cōponitur obuio obuias.i.esse obuium vel alicui in via cōtraire: vñ obuius uia uiū. Inde obuie aduer. p quo sepe ponit obuiā aduerbialiter: qñqꝫ loco aduerbij loci: qñqꝫ loco aduerbij q̄litatis.

Obumbro: ex ob ꝛ vmbro bras cōponit obumbro bras.i. vndiqꝫ vmbrare vl' refrigerare. Un angelus Luce.ij. ad Mariā virginē ait Uirtus altissimi obūbrauit tibi. vt dic̄ q̄daz glo. Uirtus altissimi obūbrabit tibi pōt devtraqꝫ nā saluatoris intelligi: q2 vmbra a lumine ꝛ corpe obiecto solet formari: ꝛ v̄go sic̄ ꝛ pur⁹ hō plenitudinē diuinitatis cape nequibat. s3 v'tus altissimi obumbrabat: dū incorpea lux diuinitatis corp⁹ in ea suscepit humanitatis: vt sic posset deū pati. Et extrahit hec glo. ex v'bis Gregorij qui in.xviij. libro Moraliū sup illud Job.xxvij. Tollet eū ventus vrens sic dicit. Per vmbratiōis vocabulū incarnādi dei vtraqꝫ potuit nā signari: vmbra enī a lumīe format ꝛ corpe. Dño āt p diuinitatē lumē ē. q̄ mediāte aīa in ei⁹ vtero fieri dignatus est p humanitatē corpus: q2 g̃ lumē in corporeū in ei⁹ erat vtero corporādū: ei que incorpeū ꝯcepit ad corpus d2. Uirtus altissimi obūbrabit tibi.i. corp⁹ in te humanitatis: accipiet incorporeū lumē diuinitatis. Itē Greg. tractans illud Job.xl. Sub vmbra dormit sic ait. Quia vmbra nō alit' exprimit nisi p lumē ꝛ corp⁹ virtus ei altissimi obumbrauit: q2 in eius vtero lux icorporea corpus sumpsit ex q̄ videlicꝫ obumbratione omne in se refrigeriū mentis accepit.

O ante C

Occalleo: ex ob ꝛ calleo les ꝯponit occalleo les lini mutata b in c. ꝛ ē occallere obdurare indurare vel callū facē: vt vuln⁹ occallescit quū icipit sanari. vñ occallesco scis verbū freqn̄.

Occano. ex ob ꝛ cano nis d2 occano nis nui: ꝛ est idē qđ occino nis: ꝛ cor.ca.

Occasio. ab occido dis occasum d2 hec occasio sionis.i. facultas copia ptās conditio tēpus locus casus vel fortuna: ꝛ ēt pro causa ponitur.

Occasus sus sui.i. occidens: ob occidente ibi sole: Propheta: A solis ortu vsqꝫ ad occasum. Itē occasus d2 obit⁹ euersio occisio vel dies suprema. Et deriuat ab occido cidis:

Oceanides de nomē patronomicū: in oceanus vide.

Oceanus. ob ocis.i. velox deriuat oceanus ani: q2 velox ē vl' oceanus d2 a celo vt deriuatio sumatur a media syllaba q2 oceanū.i. mare magnū silitudinē h3 cū celo in colore. vnde oceanus na nū. ꝛ h oceanides de.i. filius vel nepos oceani. vñ hec oceanis dis. filia vel neptis oceani fm Hug. vel fm Pap. Oceanū greci ꝛ latini. id̄ noiant: q2 in circuli mō ambiat orbem: siue a celeritate q' ocius currat. ꝛ cor. ci. pen. vñ Theodolus. Sol petit oceanū: frigus succedit opacū Et scias q' oīa maria ꝯtinuant ad oceanū: vt dixi in mare.

Occeco cas: in ceco cas vide.

Occento tas.i. frequenter occinere: ab occino nis centum centu formatur.

Occidens. ab occido dis d2 h occidēs tis. vbi sol occidit. vñ h ꝛ h occidētalis ꝛ h le. res occidētis vel ptinens ad occidētē fm Hug. Pap. v'o sic dicit. occidens dictus q2 diē facit occidere. abscōdit. n. lumē mūdo: ꝛ tenebras supinducit.

Occidentalis in occidens vide.

Occido. ex ob ꝛ cado dis cōponit occido dis di occasū3 occidere.i. ꝯtra vel sil' cadere vel mori. ꝛ cor. ci i pñti ꝛ i p̄terito ꝛ sic sumit Eccle.j. orit sol ꝛ occidit. ꝛ ab aplo: Sol nō occidat sup iracūdiā vr̄az. ꝛ inde occidu⁹ dua duū.i. cadēs. Itē occido dis dici sū3: ꝛ tūc pducit ci vbiqꝫ. ꝛ ꝯponit ex ob. ꝛ cedo dis cecidi: ꝛ sic sumit Sapi.i. Os qđ mentit occidit aīa3. vñ i Grecis. d2. Occido pimo. s3 denotat occido labor.

Occiduus in occido dis est.

Occino nis nui cētū: ex ob ꝛ cano nis. ꝛ ē occinere canere vel ꝯ vel vndiqꝫ canē: vel cōcinere: vl' ꝯcātare: vl' īfamie carmē cū certo noīe dicē. Dicit ēt occano nis nui p eodē. ꝛ cor. ci.

Occipitiū in occiput est.

Occiput pitis. posterior ps capit] d2. vñ i Grecis. d2. Sinciput añrior ps capitis d2 ee. Occiput ac ptē designat posteriorē. Et ab occiput d2 occipitiū tij idē qđ occiput vide i caput.

Occo cas caui.i. secare scindē trūcare: vel semia terre opire p prie q̄dē occare ē cū rustici aratiōe ꝛ satiōe fcā dimissis bobus grādes glebas cedūt: ꝛ ligonib⁹ frāgūt ꝛ d2 occare q̄si occecare: q2 opiat semia: ꝛ tūc ē occatio q̄si occecatio: s3 ponit p scindere vel secare vel trūcare sic dixi. vñ v'sus Cloto colū baiulat. lachesis trahit: antropos occat. ꝛ inde occa ce. qđdā instr̄m ad terrā scindēdā sicut rastrū. Occo cōponit vt exocco cas.i. valde occare. reocco cas.i. iterū occare. Et est actiuū cum suis compositis.

Occulo lis lui cultū.i. abscondere tegere claudere vel celare ꝛ cōponit ex ob ꝛ colo lis. Oui. in prima epi. Ossa ruinosas occulit herba domos. ꝛ ab vltimo supi. occultu u in o fit occulto tas.i. freq̄nt occulere. v'bū frequen. Itē ab occulo lis d2 occultus ta tū.i. abscōsus tectus vel clausus: ꝛ cōparat occultus tior simus. ꝛ pducit primā positione. vñ Horati⁹ in prima epi. Occultū visus decurrit piscis ad hamū.

Occultus ta tū in oculo lis vide.

Occumbo bis ꝛ occubo bis. in cūbo bis est.

Occupatio est q̄daz color rhetoricus. vide in quarta parte in ca. de coloribus rhetoricis.

Occupo. ex ob ꝛ capio cōponit occupo pas paui pare.i. inuadere. q̄si ex iprouiso vel añ capere. ꝛ inde cōponit p̄occupo pas.i. añ occupare. Itē3 exoccupo pas.i. ipedire. ꝛ cor. cu.

Occurso sas verbū frequentatiuū: ꝛ format ab vltimo supino de occurro ris sum cursu: u in o fit occurso sas.i. frequenter occurrere.

Ocellus li dimi.i. paruus oculus. ꝛ cor. primā. vnde in aurora. Spōsa colūbinis sine felle potit ocellis. ꝛ scribitur p vnū c

Ociabundus in ocium est.

Ocima. ob ocis qđ est velox d2 hec ocima me: vehiculum velox. ꝛ producit ci.

Ociolum li. penul cor. paruum ocium.

Ocior aris in ocium vide.

Ociosus sa sum in ocium est.

Ocis grece velox latine. ꝛ cōparat tior sim⁹. Et scias q' vt dic̄ Hu. antiq̄ dicebāt ocus oca ocū.i. velox. ocis grece. ꝛ inde ocior ocissim⁹ s3 ocus mō nō ē i vsu: ꝛ id̄ ocis grecū subdit loco positiui. ꝛ d2 ocis cior cissim⁹. vñ ocius cissime.

Ocimbulū quoddam pondus est habens dragmas sedecim scrupulos quadragintaquinqꝫ.

Ocissimus in ocis est.

Ociū cij.i. quies vl' securitas. sed ociū corpis est quies animi. vñ ociosus sa sū.i. q̄etus. securus. ocio vacās. ocio plenus nil opans: vel inutilis. vñ v'bū d2 ociosū.i. inutile qđ sine cā ꝛ vtilitate d2. ꝛ cōpat ociosus sior simus. vñ ociose sius sime aduer. ꝛ ociositas tatis. Itē ab ociū d2 ocior aris.i. ocio vacare. vñ ociabūdus da dū. ociosus vel silis ociāti. ꝛ o añ c pducit. vñ dicit magister hñ. loq̄ns de prima syllaba. O ante c pducit alia lr̄a nō p̄cedente. vt ociū. vñ ēt ex h' patet s3 p̄dictā regulā: q' ociū scribit p c: ꝛ q' p̄ma pducat patet ēt p Ouidiū dicentē. Ocia si tollas pire cupidinis arcus. Et nota q' v'bum ociosum fm Greg. est qđ aut vtilitate rectitudinis aut rōne iuste necessitatis caret. Bernardus aūt sic dicit. Omniū aūt ꝛ tentationū ꝛ cogitationū malaru3 ꝛ inutiliū sentia ociū d2. Sūma enī mētis malitia est ociū mercēs. Nūq̄ ociosus fit seruus dei q̄uis ad deu3 feriatus sit. ociosum nō est vacare deo. imo negociū negociorꝫ est hoc

q' quicūqꝫ

q̄ quicq̄ in cella nō agit fideliꝰ ⁊ feruenꝰ q̄ðcunq̄ agat
qð pp̄ h̄ nō agat. s. vt deo seruiat in eo qð agit ociat̄ vbi p̄
vitādo ocio ocia sectari rediculū est. Ociosuȝ aūt est qð vt
nullā h̄ȝ vtilitatē velvtilitatis intētionē. Nō ea die bonus
cellita se vixisse dȝ estimare: in qua nil se eoꝝ egisse recolit
p̄pter q̄ in cella viuiꝰ. Queris q̄d agas: in quo te occupes.
Primū extra quotidianū oratonū sacrificiū vel lectionis
studiū quotidiana ꝯscia discussioni emēdationi compositioni
ps sue diei neganda non est. Nā sicut dicit Basilius
in tertio bexa. Pars modica tp̄is fenerata vel furata deo. n̄
solum ipsa non depit. sed cū magnis ab eo rependiꝰ incrementis.
vide in scandalū ⁊ in cella ⁊ in nuga.

Ocius aduerbiū. i. velocius celeriter vel statim.

Ocrea. a crus deriuatur hec ocrea cree: ⁊ sūt ocree tibi alia calciamenta
que suras tegūt: sic dicta q̄ crura tegāt. vñ ocrea
tua tu tū: q̄ ocreas h̄ȝ: ⁊ sūt ocree siue de ferro siue de corio
sint. q̄ aūt dȝ ocrea q̄si oculēs crus. i. tegens etymo. ē. Jtē
ab ocrea dȝ ocreo as. i. calciare ocreis. Et componitur. cū ex
⁊ dȝ exocreo as. i. ocreas extrahere. Jnocreo as. i. ocreas in
duere. ⁊ est actiuū cū oibus suis cōpositis.

Ocreo as in ocrea cree est.

Octauus ab octo dȝ octauus ua uū. vñ h̄ octaua ue. i. octaua
dies alicuius festiuitatis: ⁊ octenus na nū: ⁊ octonarius ria
riū: ⁊ hic octenarius rij.

Octies aduer. i. octo vicibus: ab octo dȝ.

Octingenti te ta. i. octies centū. ⁊ cōponiꝰ ab octo ⁊ centum ⁊
mutatur c in g antecedentē. nā si nō anteceditn nō mutaꝰ in
c vt ducenti tricenti: vt dixi in nongenti.

Octo indeclina. vide in ogdo ⁊ in octauus.

Octoginta. i. decies decē ois ge. numeri pluralis ⁊ indecli. et
cōponitur ab octo ⁊ gentos qð est decem.

Octuber bris. q̄dā mēsis octauꝰ ad imbre. i. a marito in quo. s.
marito abūdāt imbres siue pluuie. vñ ꝯponiꝰ ab octo ⁊ im
ber. vñ h̄ ⁊ h̄ octobris ⁊ h̄ bre. ⁊ vt dicūt q̄dā dȝ scribi p o
ī scðā syl. q̄ ꝯponiꝰ ab octo Alij dicunt q̄ dȝ scribi p u: q̄
mutat o in u in ꝯpōne cā euphonie. Et ē et regula apð Versificatores
q̄ u añ b in media syl. breuiaꝰ vt coluber ⁊ lugubris:
p̄ter october saluber anubis. i. fine nube. Et hoc ē vult
mgr̄ bñ. Tñ velle suū cuiq̄ est. nec voto viuiꝰ vno q̄ sȝ illud
poeticū. Pectoribꝰ mores tot sūt quot in orbe figure.

Octuplo. octo cōpo. cū plica ⁊ dȝ octuplex pla pliū. vñ octuplo
plas. i. octuplū facere. octies multiplicare. ⁊ coz. nālr tu.

Octussis. as assis ꝯponiꝰ cū octo ⁊ dȝ h̄ octussis. i. octo asses
vel p̄ciū octo assiū. vñ Hora. i. smo. Quāti empti puo quātī
ergo octussibus heu. De hoc et vide in os assis.

Oculatus. ab oculus dȝ oculatus ta tū: ⁊ oculeus lea leū. in eo
dē sensu. i. plenus oculis: ⁊ cōpaꝰ oculosus sior simus. Jtē
inueniꝰ oculissimꝰ ma mū: q̄ plenus est oculis vel qð frequen
ter aspiciꝰ ab oculis: sicut dicit q̄dā. Ostiū amice tue oculissimū
est eo. q̄ oculi tui semp aspiciūt in illud. vñ Plautus.
Hinc primū illud ostiū oculissimū salue. Jtē oculatus
inuenitur in alio sensu. s. manifestus aptus vel acutus: vt si
des oculata. i. manifesta ⁊ apta. s. que oculis habetur.

Oculo las. in oculus est.

Oculissimus ma mū: in oculatus exponitur.

Oculus ab oculo lis qð est abscōdo dȝ h̄ oculus li. vñ Jsido.
ix. ety. Oculi dicti sūt q̄ eos cilioꝝ tegmina occultāt: neq̄ in
cidētis iniurie offensiōe ledanꝰ. siue q̄ occultū lumē h̄nt. i.
secretū vel intus repositū. Hi iter oēs sensus viciniores aīe
existūt. Jn oculis eni oē mētis indiciū est. vel at perturbatio
vel hilaritas in oculis appet. vñ oculo las. vt Deus oculauit
istū. i. dedit ei oculos. Et cōponiꝰ vt exoculo las. i. oculos
extrahere. Et coz. primā oculus ⁊ ab eo deriuata. vnde
Oui. in epist. Jnuitis oculis hec mea verba leges. Jtem ab
oculus dȝ oculosus sa sū. i. plenus oculis. Et sciās q̄ Basilius
dixit in hexameron sua omelia. ix. Reuera oīm causaruȝ
difficillimū est seipsuȝ cognoscere. Nō eni solus oculꝰ
ea q̄ extrinsecus habētur inspiciēs seipsum valet intueri:
sed ēt mens ipsa satis acute aliena delicta ꝯtēplās: tardior
est erga suoꝝ cognitionē vitioꝝ. Sicut enī Aristo. dicit. q̄
oculus est in corpore intellectus ē in aīa. ⁊ vt dicit Auicē.
Si motus oculi est leuis significabit caliditatē ꝯplexionis:
si grauis frigiditatē. vide in curiosus.

O ante D

Oda grece latine dȝ laus: ⁊ oda dȝ cantus: ⁊ oda finis: ⁊ oda
via. Hinc quidā liber Horatij intitulaꝰ liber odarū. i. cantuū
vel laudū: q̄ ibi laudare intendit: ⁊ q̄libet eius distinctio
dȝ oda. quasi laus vel cantus.

Odenta dicitur dens. 200

Odeporicus ca cū. i. deuiarius vel itinerarius vel viatorius
sed odeporiū dicitur laus cantilene.

Odi p̄teritū in odio dis exponitur.

Odibilis in odio dis est.

Odio dis diui ditū. i. odio h̄re. vñ p̄pha. Odiui ecclesiam ma
lignantiū. vñ odi odisti odit osuȝ verbū defectiuū in eodē sē
su. vñ p̄pha. Perfecto odio oderā illos. Jtē Amos. v. Odi
⁊ p̄ieci festiuitates v̄ras. Et h̄ȝ tm̄ ptiti ⁊ ea que formantur
a p̄terito: accipiꝰ tñ ⁊ in sensu p̄ntis ⁊ in sensu pti. vñ inue
nitur copulatū cū p̄ntis tp̄is verbo. Et sunt q̄tuoꝝ verba q̄ ge
runt in ptō sensuȝ p̄ntis ⁊ p̄teriti tp̄is. s. odi noui cepi ⁊ me
mini sicut dixi in memini. Et ab odio dis dȝ h̄ ⁊ h̄ odibilis
⁊ h̄ le. i. odio habitus vel habilis: ⁊ h̄ odium dij. i. inuerata
inimicitia de vltiōe cogitās. vñ odiosus sa sū: plenus odio
vel odio habitus. ⁊ q̄cq̄ sic dȝ odio h̄ns: ⁊ ī eodē sensu dȝ
odiosicus ca cū Odi disti odit neutrū est cū suis cōpositis
sic̄ h̄ȝ: ⁊ est tertie ꝯiugatiōis. Odio dis actiuū est cū suis cōpositis.
Jtē odio disti p̄du. primā sed odio dis coz. p̄mā. ⁊
est q̄rte ꝯiugatōis. vñ Hora. in epi. Prodigus ⁊ stultus do
nat q̄ spernit ⁊ odit. Jtē Oui. de arte. Odimus accipitrē q̄
semp viuit in armis. vñ quidā. Actiuū fit odit neutrū p̄du
citur odit. Et sciās q̄ odio olim faciebat futuruȝ indicatiui
in bo. vñ in puer. ca. i. Et imprudentes odibūt sciāȝ. sȝ modo
facit in am vt odiā. vide in eo is.

Odiolū li. dimi. paruū odium.

Odiosice ca cum. i. odiosus. vñ odiosice aduer. i. odiose vide in odio dis.

Odiosus sa sum in odio di est.

Odiū dij. in odio dis est.

Odolla le: quidam locus est.

Odor ab aere dȝ hic odor vel odos: q̄ tractu aeris sentitur ⁊
dȝ odor p̄pe de bono. vñ odorus ra rū. i. odore plenꝰ. s. qð
ex se mittit odorē: vt flos thꝰ pomū. vñ odore aduer. Odor
cōponiꝰ vt odorifer ra rū: qð odorē fert: ⁊ odorisequs q̄
quū penul. coz. q̄ odorē sequiꝰ vt canis. Et h̄ hec noīa. s. odor
odoriferū odoratū ⁊ odorisequus ita distinguūꝰ vt odoꝝ
dicaꝰ qð ex se emittit vt flos. Jdē ⁊ odoriferū odoratū qð
ore receptū est: vel qð odorē perficit: vel odorē aliunde accepit.
⁊ odorisequū qð odorē sequiꝰ: vt canis. Confunduntur
tñ hec vocabula apud auctores ⁊ pro seinuicē posita inueniuntur.
Et sciās q̄ multa noīa faciunt ntīm in or vel os.
vt pȝ in his versibus. Bis duo sūt or ⁊ os casus retinentia
rectos. Arbor odoꝝ labor. his sociaꝰ honos.

Odorabilis. ab odoro ras dȝ hic ⁊ hec odorabilis ⁊ hoc le: qð
aptū est odorandū. vñ odorabiliter aduerbium.

Odoratus in odoro ras vide.

Odorculus li dimi. paruus odor.

Odoria. ab odorus ra ruȝ dȝ h̄ odoria rie: dea que odoribus
putabatur p̄esse: ⁊ p ipso odore inueniꝰ. Plautus in amphitrione.
Odoria afficit plures filios.

Odorifer ra rū penul. coz. in odor est.

Odorisequus qua quū in odor vide.

Odoro. ab odor dȝ odoro ras: ⁊ odoror raris in deponēti ge.
vñ. in Ben. Odoratus est dñs odorē suauitatis ⁊ ponunꝰ in
eodē sensu. s. odoreȝ p̄cipere vel odoreȝ accipere vel olfare.
vñ odoratus tus tui. i. actus vel passio odorādi. ⁊ dȝ odoratus
quasi odoris aeris tactus vel tractus: ⁊ est etymo. ⁊ inde
odorabilis le. ⁊ odorabiliter aduerbiū: ⁊ hec odorantia

tis. Odoro ras actiuū est cū oībus suis cōpositis ꝗqua bꝫ: ꝛ ꝓdu.do. sed odoror ē depo. cum suis compositis.

O ante E

Oenferū. oenos qḋ ē vinū cōponit̄ cū foros qḋ est ferre ꝛ ḋr h̄ oenoferū ri: vas vinariū aptū ad ferēdū vinū ſm Hug.

Oenos grece. latine ḋr vinū.

Oestrō tri ge. neu. qḋdā genus muscaꝝ. s. asilus vl' tabanus. ꝛ ḋr grece a sono quē facit: ꝛ ita oestrū nomē ē grecū ꝛ ficticiū oestrū qn̄qꝫ pōit̄ ꝑ sapiētia vl' spū poetico: q2 sic oestrū aīalia mouet ꝛ pūgit ita ꝛ spūs poetā. Statius thebaidos. Tps erit cū laurigero tua fortior oestro facta canam.

O ante F

Offella le: dimi. de offa. ē pua offa. ꝛ subtrahit̄ ab offella vnū f q̄nqꝫ in metro vt possit ꝑma breuiari sicut dicit Hug. Et sic videt̄ velle hug. ꝙ offella debeat scribi ꝑ geminū ff: licꝫ vnū aliqñ subtrahat̄ cā metri. Sꝫ mgr̄ bñ. dicit simplr̄ ꝙ offella cor. ꝑmā. Itē Pap̄. dicit. Offa geminat ff: facit tñ diminutiuū nō geminata f: ofella: q2 i diminutiōe multa mutant̄. vñ qdā. Hec est excepta quam gusto libenter ofella.

Offa. fans cōponit̄ cū ob ꝛ ḋr hec offa fe. frustū panis humectati. q̄ſi obfans. i. ꝯtra fantē q2 noceat fanti: q2 os impleat Daniel. xiiij. Offensa picis. vñ ✕ sus. Offa nocet fanti: sed ꝓdest esurienti. vñ hic offarius ri. i. coquus ꝛ offatim. i. particulatī: ꝛ offatus ta tū. i. ꝑticulatus vel cōminutus. Et vt dicūt differentia est inter offā ꝛ vipā. vipa enim ꝓprie fit in vino. vñ ḋr vipa q̄ſi panis in vino: offa in alijs liquoribus

Offarius ri in offa est.

Offatim aduerbium in offa est.

Offatus ta tum: in offa est.

Offendix: ab offendo dis ḋr h̄ offendix cis. i. nodus: ꝛ proprie qui restringit̄ ꝛ remittit̄ vel quo liber ligatur.

Offendo dis: o in i offendi: ꝛ do in sum offensum. ꝛ est offendere aliquē facere irasci vel inuenire. Cum eñ ad lapidē offendimus illū inuenimus ꝛ ide h̄ offēsio onis. ꝛ h̄ offensa se. i. culpa forefactū ꝛ h̄ offēdiculū li illud idē. s. culpa vel id ad qḋ pedē offendimus vel obex: vel impedimentum.

Offensa se: in offendo dis est.

Offensaculū in offenso sas vide.

Offēsio ab offēdo dis vel ab offensus sa sū offēſi addita o fit h̄ offēsio onis. i. culpa forefactū vel offensa. ꝛ est fe. ge.

Offensiuncula le: dimi. parua offensio.

Offenso. ab offendo dis di sum su: u in o fit offenso sas ✕bū frequē. vñ hoc offensaculū li. i. scandalū vel ira vel impedimentū. Itē ab offendo dis ḋr offensus sa sum. Et cōponit̄ vt inoffensus sa sum. i. nō offensus.

Offensus in offenso sas vide.

Offerēda. ab offero ḋr h̄ offerēda de. i. antiphona q̄ canit̄ cū oblō̄ ꝯꝫ celebrari. Itē offerēdus da dū. i. dignus offerri.

Offero fers obtuli latū. vñ hec oblatio onis: ex ob ꝛ fero vide in fero.

Offerret̄ dicēdū ē: nō offerreretur. vt in ferretur dixi.

Offertorium ri. i. oblatio q̄ſi ꝑfertū: q2 ꝑmo loco fit oblatio ꝛ postea sacrificiū. ꝛ offertoriū ḋr locus vbi reponuntur vel vbi fiunt oblatiōes. ꝛ cōponit̄ ex ob ꝛ fertū ti: qḋ est oblatio quedā. vel pōt deriuari ab offero offere.

Officina ſm Pap̄. officine ḋnr loca vbi sūt officia. ꝛ ꝓdu. fi.

Officio ficis. ex ob ꝛ facio ꝯponit̄. i. noceo vide et i facio faci.

Officiū. ab officio ficis. i. noceo ḋr h̄ officiū cij. i. ministerium vel bñficiū ꝑ cōtrariū: q2 minime nocet: vel officiū quasi efficiū ab efficiendo. vñ officiosus sa sū. i. sedulus vel officio intentus ꝛ cōparatur. vnde hec officiositas tatis.

Offirmo mas. in firmus est.

Offula le: diminutiuū parua offa.

Offundo dis: in fundo dis vide.

Ofimacus ci scribitur ꝑ s in scḋa lr̄a in Pap̄. ꝛ cor. penul. Et est ofimacus quoddā aīal qḋ pugnat contra serpentem: de quo habetur Leuiti. xj. ꝛ componitur ab ofis quod est serpens: ꝛ machos vel machia qḋ est pugna.

Ofiofagite pars ethiopū dicta ꝙ serpentes comedāt ofis enī grece coluber fage vl' fagin comedere ſm Pap̄. ꝛ ꝓdu. gi.

Ofis vel ofi grece latine ḋr serpēs: ꝛ scribit̄ in Pap̄. ꝑ f. ꝛ etiā ꝑ ph. Ph eñ scribit̄ in grecis dictionibus: sed in latinis f.

Ofites. Ofis grece: latine ḋr serpēs. vñ h̄ ofites tis: qdā puus serpēs multas ꝛ puas hñs maculas: ꝛ vt dicūt stellio ē. vñ Lucanus. Quā puis pictus maculis thaban᷒ ofites. vñ ꝛ qdā lapis serpētū maculis silis dictus est ofites. Itē ab ofi qdā heretici dicti sūt ofite: q̄ſi serpētini q2 colūt serpētē dicentes ipm in paradisū induxisse veritatis cognitionem.

Ofiulcus. ab ofi qḋ est serpēs ḋr h̄ ofiulcus ci. i. serpentin᷒ sic dictus fuit. Esculapius q̄ in specie serpētis colebat̄ apḋ romanos: ꝛ cinct᷒ ſpēte trāſlat᷒ fuit i celū. vñ ḋr ofiulcus q̄ſi ſpētis custos: vl' ofiulcus ḋr q̄ſi ſpēs loq̄ns. Legit̄. n. in fabulis poetaꝝ ꝙ qdā ſpēs locut᷒ ē cū Ope vxore Saturni: ꝛ eā docuit vsū seminādi. Et ꝑ hūc volūt qdā itelligē ſpētē q̄ euā ꝯcepit: q2 postq̄ꝫ peccauit siñ agricultura viuē ñ potuit

Ofir grece latine ḋr aurum.

Ofny iterp̄tat̄ discalciatus. Fuit eñ filius Hely electus in ministeriū sacerdotij: cuius amissionē suo expressit vocabulo. Iste eñ discalciatus interp̄tat̄: vt eius noīe veteris testamēti sacerdotiū iudaico pp̄lo significaretur ablatum.

O ante G

Ogdo dicūt greci octo. vñ h̄ ogdoas ogdoadis. i. octo vl' octenarius. ꝛ apḋ nos hi ꝛ he ꝛ h̄ octo indecli. et positis ꝑ gd.

Ogdoas adis penul. cor. in ogdo vide.

Ogganio in ganio nis exponitur.

O ante L

Olax. ab oleo les ḋr olax lacis ge. ols. i. olitus vel qui assidue olet: ꝛ cōparatur olax cior simus. vñ olaciter cius sime aduerbium: ꝛ hec olacitas tatis.

Olda interpretatur distinctio siue diuerticulū.

Olea lee ḋr fructus oliue: vel ipsa arbor oliue vel ſm Isidoꝝ. Olea ipa arbor est: fructus oliua: succus oleū: vide in oliuo

Oleaginus. ab olea ḋr oleaginus na nū. i. de olea existens: vel ad oleam pertinens. ꝛ cor. gi.

Oleariū rij. ab olea ḋr h̄ oleariū rij: vas vbi oleum reponitur ꝛ olearius ria rium.

Oleaster stri mas. ge. i. siluestris oliua vel olea. ꝛ vt dicit Isi. Oleaster ḋr q2 sit folijs oliue silis. sed latioribus: arbor inculta ꝛ siluestris amara atqꝫ infructuosa: cui insertus oliue ramus vim mutat radicis ꝛ ꝟtit in ꝓpriā q̄litatē. Et scias ꝙ noīa arboꝝ sūt fe. ge. q2 māꝝ mr̄is in suis fructibus imitantur: sed oleaster fuit mas. ge. q2 nō cōcipit cum sit proprium sue gentis ꝯcipere. i. oliuarū ꝛ ḋr oleaster ab olea.

Olefacio. i. olere facio. ꝛ cōponit̄ a facio ꝛ oleo les:

Olefio fis. i. fetē vl' icipere fetere. ꝛ ꝯponit̄ ab oleo les ꝛ fio fis

Oleo les lui vel leui litū vel letū lere. i. fetere. Oleo ꝯponit̄ cū ad ꝛ ḋr adoleo les lui vel leui letū vel litū: pro quo vtimur adultū. i. cremare vl' cōburere vel incēdere. vel ḋr adolere. i. crescere. Itē ꝯponit̄ cū ab ꝛ ḋr aboleo les leui vl' lui letū vel litū. i. delere. Itē cū ex ꝛ ḋr exoleo les leui vl' lui letū vl' litū. i. extrescere. vñ exolet᷒ ta tū. Item cū in ꝛ ḋr inoleo les leui vel lui letū vel litū: ꝛ ē inolere crescere. vñ inolit᷒ ta tū. Itē cū ꝑ ꝛ ḋr poleo les leui vl' lui letū vl' litū. i. valde olere. Itē cū ab ꝛ iterposita s ḋr absoleo les. unde absoletus ta tū Itē ꝯponit̄ cū re ꝛ iterposita d ḋr redoleo les. Itē cū sub ꝛ ḋr suboleo les leui vel lui letū vl' litū. i. succrescere. vñ h̄ soboles. Oleo facit ptm̄ in leui vel in lui: ꝛ supinū in letū vel in litū: silr ꝛ omnia ꝯposita ab eo: q̄uis qdā freq̄ntius faciant in leui q̄ꝫ in lui. Itē oleo neu. ē cū oībus suis cōpositis: ꝑter adoleo ꝑ cremare. ꝛ aboleo les q̄ sūt actiua: sꝫ Hu. De h̄ et sentit mgr̄ bñ. dicēs. Oleo les facit oleui: ꝛ ſm h̄ facit oletū. ꝛ olui: ꝛ ſm hoc facit olitū. ꝛ vtrūqꝫ ptm̄ ꝛ supinū retinet cum suis cōpositis. Cū vno tñ syncopat̄: vt adultū pro adolitū. vñ adultus ꝑticipiū passiui ꝑ adolitus ꝑ letū

reperit. Quidā tñ dicūt φ adoleo qñ significat crescere facit adolcui adultum Priscianus dicit in .ix. libro probat φ in vtraq3 significatione h3 vtrūq3 supinū .s. adultū vel adolitum. ⁊ hoc teneas. Et sciās φ redolere dr̄ tñ de bono odore: olere do de malo f3 Hug. Sz Pap. magis ampliat eius significatiōe3: dicit enī Olent reos valde male vł bone: redolent tm̄ bone ⁊ cor. o. vñ dd̄ā. Nō redolet s3 olet piscis biduanº ⁊ hospes. Inuenit̄ ēt olo lis tertie coniugatōis f3 antiquos.

Oleomella. oleo cōponitur cū mel: ⁊ dr̄ hec oleomella le: quedam arbor sic dicta: φ ex eius trunco oleū defluat in crassitudine mellis sapore suaui.

Olerin⁹ na nū pe. pdu. i. olus vł de olere ertis. ⁊ dr̄ ab olus.

Olero ras: ab oleo les dr̄ olero ras. i. plātare olera vł oleribus vti. Et cōponit̄ vt deolero ras: exolero ras. i. valde deolerare vł olera auferre. Et ē neu. cū oib⁹ suis cōpositis: ⁊ cor. le.

Oletū ab oleo les dr̄ h oletū ti. fetor vel locus vbi frequēt mingitur qui grauiter fetet. ⁊ ponit̄ p q̄libet re fetida. Inuenit̄ ēt oletus ta tū. i. fetidus. Et cōponit̄ vt exoletus ta tum.

Oleū vel oliuū fm̄ Hug. p eodē accipit̄. i. p liquore oliue. ⁊ vt dicit. oleū si quis iter aquas mersus ex ore emiserit claviora facit ea q̄ pfundi teguntur occulto. nā eius nā hoc vt cibos cōdiat: lumini fomentū prebeat: ⁊ lassum lōgo itinere corpus dū eo pūctū fuerit: pristine sanitati restituat.

Olfacio cis. olefacio syncopat̄: ⁊ hoc dr̄ olfacio cis. i. olefacio vel olfacio. i. odoro.

Olfactoriolū li: diminutiuū in olfactoriū est.

Olfactoriū ab olfacio dr̄ h olfactoriū rij. vñ h olfactoriolū li: di. vas vnguentariū muliebre in quo odoramenta gestant̄

Olfactus. ab olfacio cis dr̄ olfactus ta tū. i. odoratus ta tum: ⁊ hinc olfatus tus tui pro odoratu.

Olidus. ab oleo les dr̄ olidus da dū. i. fetidus: ⁊ cōpat̄ olidus dior fimus. vñ olide dius sime aduer. ⁊ h oliditas tatis.

Olibanus. i. albū incensum: penul. cor.

Olim aliqñ pnn̄ signi. i. quōdā vł antea. aliqñ olim ⁊ de ptō ⁊ de futuro dr̄ sicut aliqñ q̄ vnq̄ fm̄ Papiā ⁊ producit o.

Olimpias adis: ab olimpus dr̄ olimpias adis: ⁊ h olimpica ce in eodē sensu: festū vel solēnis ludus qd̄ vł q̄ fiebat ad honorē Iouis semel p q̄nq̄nnuū ne si vlteri⁹ ptēderet̄ ⁊ negligētiā ⁊ obliuiōe3 corruerēt: vł si citra q̄nquēniū celebrarēt̄: expense nimietas eos grauaret. In ipsa celebratione lex talis erat φ q̄cūq3 victor eristeret ibi i aliquo ludo. haberet qōcūq3 munus vellet redrere. vñ inuenit̄ in rethorica. Ut q̄cūq3 tyrannū interficeret olimpicū premium acciperet. Et hinc olimpicus ca cum ⁊ olimpiacus ca cū. penul. cor.

Olimpicus in olimpus est: ⁊ cor. pi.

Olimpius pia piū. in olimpus est.

Olimpus. olon qd̄ est totū cōponit̄ cū lampas qd̄ est lux vel ignis: ⁊ dr̄ hic olimpus pi quidā mons q̄si ololampus. i. totus lucēs: q2 est q̄si celū altitudine sua. vñ ⁊ sepe ponit̄ pro celo. vñ olimpius pia piū: ⁊ olimpicus ca cū: ⁊ hoc olimpū .i. mons vel opidū. vñ hec olimpica pice. Et fm̄ quendam poetam olimpus excedit nubes. vide in mons.

Oliopomenon. vide in quarta pte de coloribus rethoricis.

Olitor. ab olus dr̄ olitor toris. i. hortulanus. s. olerum custos
Olitor etiā dr̄ simarius qui portat simū: ⁊ cor. li.

Oliua ue dr̄ ab oleon qd̄ greci dicūt oliuā. inde hec olea lee: ⁊ ab istis h oliuū vel oleū. Oliua arbor. olea fructus: oleum vel oliuū liquor. Bacca fructus: sed hec ppetas corripit̄ sepe. Quidā dicūt olea vel oliua arbor. Ab oliua dr̄ h oliuetū ueti: ⁊ hoc oliuariū varij. locus vbi oliue crescunt: ⁊ hic ⁊ h oliuaris ⁊ hoc re. ad oliuā ptinens. ⁊ pducit li oliua.

Oliuarius in oliua est expositū.

Oliuetum in mons est expositum.

Oliuifer ra rū pe. cor. li. ferēs oliuas: ex oliua ⁊ fero fers cōponit̄.

Oliuum ui: in oleum est.

Olla. ab oleo les dr̄ h olla le: q2 oīn feruet imissū odorem. vel olla dr̄ a bullio lis: quasi bolla: q2 bulliat in ipsa aqua igne supposito. vñ h ollarius rij qui facit ollas. Et cōponit̄ vt ollifer fera ferum: qui fert ollas vel apportat.

Ollifer fera ferū: in olla vide.

Ollula le: diminutiuū parua olla.

Olocarpanū. Olon cōponitur cū carpos qd̄ est fructus ⁊ dr̄ hoc olocarpanū panij. i. totus fructus ⁊ cor. pa.

Olocaustoma matis generis neutri idem qd̄ olocaustū: ⁊ p ducit penul. nominatiui. sed cor. penul. gti.

Olocaustū. olō qd̄ ē totū cōpo. cū caustos qd̄ ē incēsū ⁊ dr̄ h olocaustū causti. i. sacrificiū qd̄ olim fiebat de aialib⁹ brutis q̄si totū: q2 totū icēdebat̄ ⁊ comburebat̄: ⁊ nō cōmedebatur.

Olofernes cōponitur ab olon qd̄ est totū ⁊ fero fers ⁊ necis: quasi ferens oibus necem. vñ diabolū bñ signat. 201

Olographū. ab olo qd̄ est totū ⁊ grama scriptura cōponitur inde hoc olographū graphi. i. testamentū manu auctoris totum scriptum. ⁊ cor. gra.

Olon grece: latine dicitur totum.

Olor grece: latine dr̄ totū. vñ hic olor loris: quedā auis. s. cignus: q2 totus plumis fit albus. vnde Oui. in epi. Ad vada Menandri cōcinit albus olor. inde olerinus na nū. Item inuenit̄ hic olor loris. i. fetor: ⁊ tūc deriuatur ab oleo les.

Olosericus. Olon. i. totū cōponitur cū sericū: ⁊ dr̄ olosericus ca cū. i. totus ex serico. vnde oloserica ce: quedā vestis tota ex serico facta. ⁊ corripit ri.

Olus. ab alo alis dr̄ h olus leris: quedā herba hortulana. Et dr̄ olus ab alendo: q2 pmū hoies alebantur de olere anteq̄ fruges vel carnes ederent. Olus ēt dr̄ cibus inde factus ⁊ summitas herbarum.

Olusculū culi dimi. puū olus ⁊ format̄ ab olus addita culū.

O ante M

Omasus. ab omon dr̄ h omasus si. i. tripa vel ventriculus qui cōtinet alia viscera. q2 in ipso rerum euentus inspiciebant. ⁊ pdu. ma. Hora. in epi. Patinas cenabant omasi. Itē alius Noscitur per nasum mulier que vendit omasum.

Omelia. a laos vel leos qd̄ est pplus ⁊ omos qd̄ est os cōponitur hec omelia lie: q̄si os ppli. i. sermo popularis vel ad pplm. Uel omelia componit̄ ab omos qd̄ est ppls ⁊ logos qd̄ est sermo. vel ex oda qd̄ est laus vel cantus: ⁊ leos qd̄ ē ppls: ⁊ melos qd̄ est dulcis sonus. vñ omelia q̄si sermo popularis: vel cantus pplaris: vel dulcis cantus. i. tractus.

Omē minis. i. augurium vel auspiciū. ⁊ dr̄ ab ore quasi orimen q2 fit ore auguriū. vñ ominosus sa sum: plenus augurio vel fortunatus. Quintilianus de causis: Senex ominosus mortē filij mei viuo. vñ ominose aduer. i. fortunate. iii. Regum ca. xx. Qz accederūt viri p hoie. ⁊ cor. mi. omen minis.

Omentū. ab omen dr̄ h omentū ti. mapa ventris. s. mēbrana que cōtinet maiorē pt̄e itestinor3: vel dr̄ sic a greco. ⁊ q̄nq3 dicuntur omenta intestina.

Ominor. ab omē dr̄ ominor naris nat⁹ sum. i. augurior: ⁊ cor. mi

Ominosus sa sum: in omen vide.

Omitto ⁊ ommitto p geminū m dr̄: ⁊ tūc mutat̄ b in m: ⁊ subtrahit̄ aliqñ vnū m. vñ dicit Pris. in. ij. li. maio. Omitto p ommitto dicim⁹. Hora. i. ij. smonū aut spem deponas: aut artē illusas omittas subtrahit̄ vnū m vt pmam corripiat. Idē in epi. Quē sua culpa premit deceptus omitte tm̄.

Omnebonū ppriū nomē masc. ge. ē: q2 q̄litas vocis cētiā rei nō mutat. Et ide l3 omnebonū cōponat̄ ex duob⁹ rectis: nō declinat̄ tm̄ ex vtraq3 pte: s3 tm̄ in fine. vt h omēbonū hui⁹ omnebonū. Et vł h ē dē rōne: q2 illa cōpositio nō ē va s3 tm̄ imaginaria. Nō eni trarit aliquā sīgnatiōnē ab eo qd̄ ē oē: sicut dixi in tertia pte in ca. de figura cōposita nominis.

Omnimorbia. ab oī ⁊ morbus cōponit̄ hec omnimorbia bie quedā herba sic dicta. q2 multis morbis subueniat.

Omnino. ab omnis dicitur omnino aduerbium intentiuū. i. penitus. ⁊ produ. penul. fm̄ cōem vsum.

Omnipotēs. ab oī ⁊ potēs cōponit̄ hic oīpotēs tis. q̄ pt̄ oīa. s. deus. Uere. n. deus oīpotēs ē. q2 pt̄ q̄cq̄d vult fieri. vel q2 pt̄ q̄cq̄d posse ē potentie. Et quo p3 φ deus nō pōt peccare mētiri vinci vel mori. q2 pdicta ⁊ consilia pesse nō ē potentie sed defectus ⁊ impotētie. Itē oīpotēs pōt declinari ad

lect lite: vt h̄ ⁊ hec ⁊ h̄ oipotēs. vñ hec oipotētia tie.

Omnis. ab on qd̄ ē totū ðr h̄ ⁊ h̄ ōis ⁊ h̄ ne fm quosdā. ſʒ ma gis vr̄ eē pmitiuū. Et ptinet oē ad multitudinē totū ad ma gnitudinē. Omne singulari ↄtēta sub noīe ↄphēdit cui ad iūgit̄ diſtribuēdo. ſʒ totū ptes singulares ↄtentas sub noīe cui adiungit̄ cōphēdit: vt totus hō. i. totalr̄ accept⁹. s. cū oībus suis ptib⁹. s. hō ⁊ q̄libʒ ps hoīs. Itē vt dicūt q̄dā oīs in singulari numero ad minus req̄rit tria supposita: in plurali numero sex. Alij vo dicūt q͞ sufficit q͞ oīs distribuat p eo qd̄ iuenit. vñ si inuenit duo ea distribuit tm̄ nec tūc plura req̄rit. vñ Aristo in elencis. Oē qd̄ q̄s nouit discēs vel inueniēs nouit. h̄ oē p duob⁹ tm̄ distribuit silr̄ ↄuenienter ðr. Da mihi oēʒ denariū quē habes in marsupio: esto q͞ nō habeas nisi vnū denariū in bursa. ⁊ ista opinio magis mihi placet. Itē scias q͞ oīs facit actm̄ pluralē in es vel in is: vt oēs vel oīs. Itē nota q͞ m est de scđa syllaba in oīs.

Omnitenēs. ab oī ⁊ tenēs cōponitur h̄ ⁊ hec ⁊ h̄ oitenens tis. i. deus qui tenet oīa. Et pōt declinari p tria genera: h̄ ⁊ hec ⁊ hoc oitenens tis. ⁊ hec oitenentia tie.

Omoeusis. vide in quarta parte in ca. de tropis.

Omoeptoton est quoddā scema de quo dictum est in quarta parte in ca. de scemate.

Omoeteleuton. vide in q̄rta parte in ca. de scemate.

Omofagia. Omos qd̄ est vnū cōponit̄ cū fagin qd̄ est comedere. ⁊ ðr hec omafagia gie: vna vel similis cōmestio.

Omogeneos omogenea neu. i. vni⁹ nāe. vide i etherogeneos.

Omonymus. Omos qd̄ ē vnū cōponitur cū noma qd̄ est nomen. ⁊ ðr omonymus ma mū. i. equiuocus: fm dialeticos. s. vnū nomē pncipalr̄ ex diuersis impositionibus plura significās. vñ hec omonyma me. i. equocatio fm Hug. vel vt vult Pris. Omonymū ē vnū nomē plura significās ⁊ h̄ in ppriis ⁊ appellatiuis. In ppriis vt pirrhus filius achil. ⁊ pirrh⁹ rex epirrhotarū. In appellatiuis vt nepos filius. filij. ⁊ nepos luxuriosus. Itē acies ferri oculoꝝ ⁊ militum.

Omoposita exponitur in q̄rta pte in ca. de colorib⁹ rethoricis.

Omophosis exponit̄ in q̄rta pte in ca. de colorib⁹ rethoricis.

Omos grece latine ðr vnū. Itē omos ppl's vel os oris.

Omousion. Omos qd̄ est vnū cōponit̄ cuʒ vsia: qd̄ est eēntia vel substātia. ⁊ ðr omousion vel omousios. i. vni⁹ ⁊ eiusdē substātie vel assilatio. vñ Jesus xp̄s dn̄s nr̄ dictus ē omousios. i. vnius eēntie vel substantie cū p̄re. vñ dicit ip̄e in Joanne. Ego ⁊ pater vnū sumus. Iteʒ fm Pap. omousion. i. silis substātie. q͞ q̄lis deus talis imago eius.

Omozeusis exponitur in quarta parte in ca. de tropis.

O ante N

On ðr totum vel oē. vnde cōponitur hyperion. ⁊ hinc ēt de⁹ dictus est on. q͞ sup oīa ⁊ in oībus est. Itē on vel onos grece. latine dicitur asinus.

Onager. ab onos vel on grece. qd̄ est asinus latine. ⁊ ager vel agrios quod est ferū vel agreste: cōponitur hic onager gri penul. cor. i. siluestris ⁊ ferus asinus.

Onero ras: in onus neris vide.

Onesimus mi penul. cor. ppriū viri est.

Onesiphorus ppriuʒ nomē viri. ⁊ cor. penul.

Onias nie ppriū nomē viri: ⁊ acuit penul.

Onica herba aromatica fʒ Pap. vel sicut ðr in historijs. Onica ðr ostreola pua suaue redolēs: magnitudine humani vnguis. vñ ⁊ onica: q͞ onis grece: vnguis latine ðr. ostreola aūt est q̄dā piscis: Alexander aūt neq͞ ponit talez versum. Ungula dat nobis qd̄ onica signat ⁊ onix.

Onicinus ni: mas. ge. pe. cor. genus est lapidis vel metalli fm Pap. ⁊ est appositiua ↄstructio quū ðr Lapis onicinus ⁊ ens onix. Pōt declinari ēt mobiliter onicinus cina cinum possessiuū de onix. ⁊ tunc produ. penul.

Oniculus li penul. cor. idem lapis qui ⁊ onix.

Onicus in onix vide: ⁊ cor. ni.

Onyx nycis q̄dā gēma appellat̄ sic dicta: q͞ hēat in se pmixtū candorē i silitudinē vnguis hūani. Onicon. n. greci vnguē dicūt. vñ h̄ onyc⁹ vl̄ onychul⁹ p eodē lapide ⁊ cor. pe. gti onycl.

Onocētaurus onus qd̄ ē asinus cōponit̄ cū centaurus: ⁊ ðr h̄ onocētaurus ri: asinus mixt⁹ hoīs nā. i. agrestis dictus sic q͞ supior ps sit silis hoī. posterior vo asino: vt dicit Pap.

Onocrocalus vel onocrocalon ðr ab onus qd̄ est asinus q̄dā auis: q͞ faciē gerat asini. Nā sic ðr sculpta facies ⁊ obducta vl̄ onocrocalos grece latine longū rostrū ðr ⁊ ē auis silis cigno vt dicit fm Hugu. ⁊ cor. penul. vñ in aurora ðr. Par onocrocalus cigno sonitū dat in vndis.

Onoma. i. nomē vltima acuta: vide de hoc ēt in noma.

Onomatopeia. onoma qd̄ est nomē ↄponit̄ cū polo qd̄ ē fingo: ⁊ ðr h̄ onomatopeia peie. i. ↄfirmatio vel ↄfictio noīs: vt in noīe ficticio. Onomatopeia tn̄ q̄nq͞ ita large sumitur q͞ ēt ↄphēdit vbi cōfirmatiōes. Et hinc onomatopeius a um ad onomatopeiā ptinens: vel platū vel fictū p onomatopeiā fm Hug. Donatus aūt in donato de tropis ita dic̄. Onomatopeia est nomē fictū a sono vt tinnitus eris: clangorq͞ tubaꝝ. Beda vo sic dicit: onomatopeia est nomē de sono factū: vt cimbalū tinniens: clangor tubaꝝ. Et silr̄ proprietas aialiū: vt rugitus leonis balatus ouis. ruditus asinoꝝ. sibulus serpētū latrat⁹ canū. ceteroꝝq͞ voces cōfuse aiantiū q̄ in scripturis scīs sepe repiūt̄. vt in Job. iiij. Rugitus leonis ⁊ vox lene: ⁊ furens ⁊ frendens sorbet terraʒ. De hoc etiam dixi in quarta parte in ca. de tropis.

Onus vel on grece: latine ðr asinus.

Onus neris neu. ge. i. sarcina: pondus: ⁊ cor. penul. gti. vñ hoc onusculū li: ⁊ onusto stas stū. i. sarcinat⁹: ⁊ onusto stas sarcinare: ⁊ ↄponit̄ vt deonusto stas. i. valde onustare: vl̄ on⁹ auferre. Et ē actiuū cū suis cōpositis. Itē ab onus ðr onerosus sa suʒ. i. ponderosus. Et a gtō onerosi addita tas fit hec onerositas tatis. ⁊ onero ras. i. grauare onustrare: sarcinare Et cōponitur deonero ras: exonero ras. i. valde onerare: vel onus auferre. Et ē actiuū cū oībus suis ↄpositis. vñ in Grecismo ðr. Accusat semp onero. sed pondero preter se. Accusat intellige. i. actiuū est: ⁊ accusatiuū casum regit.

O ante P

Opacus ab opus opis qd̄ est terra ðr opacus ca cū penul. proda. i. obscurus vel viriditate cōdensus. q͞ aūt ðr opacus q̄si optus celo: ety. ē. ⁊ cōparatur opacus tior simus. vñ opacoe cius sime aduer. ⁊ h̄ opacitas tatis. ⁊ opaco cas. i. obscurare: ↄdensare. Et est actiuū cum suis cōpositis.

Opalia sunt opis dee festa. q̄ ⁊ faucia ðr: q͞ fauet frugibus ⁊ faria ēt vocatur. q͞ tunc puer fari primū ⁊ loqui incipit cuʒ eā attingit. ⁊ ðr ab opis dea.

Opella ab opera ðr hoc opella li dimi. pua opera vel domuncula vbi opes venduntur: vel vbi officia aguntur in foro.

Opera re in opus vide.

Tuor tueris tuitus sū.i.inspicere vel defendere. ptegere. vn̄ tueor tueris tutus sum scde ꝯiugatiōis.i.inspicere vel defēdere. ptegere. Et fm Pris. idē signat tueor: ⁊ tuor: ⁊ tā tuor q̄ tueor cōponūtur ⁊ redūdāt cōposita in eādē sigationē .s.pro inspicere. Cōtuor eris ꝯtuitus sum. Cōtueor eris cōtutus sū.i.ꝯsiderare. inspicere. Detueor eris detutus sum. Detuor eris detuitus sum.i.valde vel deorsū tueri. Intueor eris intutus sū ⁊ intuor eris intuitus sum.i.cōtra aliquē vel intus vel diligēter ṽsus aliquē tueri: ⁊ distingue sic. Cōtuimur illa de quibus cū ea contuimur nulla surgit imago vt ligna detuimur illa de q̄b⁹ cū detuimur ea surgit imago in inferiori parte posita sicut aqua. Intuimur illa de q̄bus cū ea intuimur resultat imago superius vt speculū. Itē cōponitur obtuor eris obtuitus sū vel obtueor eris obtutus sū.i.ꝯtra vel vndiq̄ vel ob aliq̄d tueri. Tuor ⁊ tueor ⁊ cōposita ab illis depone. sunt: ⁊ cōposita in eadē sigatiōe inueniūtur. Tuor ⁊ eius cōposita faciūt sup. in tuitū. Tueor ṽo scde ꝯiugationis cū suis cōpositis facit tutum. Itē tuor deberet facere infinitiuū in tui. sed cā differētie de tui pronois deficit. ꝗ accipit mutuo tueri. Cōposita ṽo ab eo habēt infinitiuū.s.cōtui ⁊ detui. ⁊c. vn̄ ṽsus. Pro speculor dicis ⁊ p defendo tueri. Dat tutū tueor tuitū tuor ambo tueri. Itē nota q̄ tuor raro inuenitur pro defendere: ⁊ sepius pro inspicē: ecōuerso tueor raro inueniṫ p īspicē: ⁊ sepi⁹ p defendē. Sꝫ cōposita raro vl nunq̄ inueniūṫ nisi p vidē fꝫ Hu. Pris. ṽo i. viij. li. vbi agit de ꝯiugatōe diē q̄ sūt q̄dā ṽba q̄ q̄uis eādē sigatōeꝫ seruēt. diuerse tn̄ ꝯiugatōis sūt in vsu: vt strideo des: ⁊ strido dis. feruco ucs: ⁊ feruo uis. tueor eris: ⁊ tuor eris. oleo oles ⁊ olo olis. excelleo les ⁊ excello lis.

Turba.a turbo bas dr hec turba be.i.turbatio. ⁊ turba ppl̄i multitudo: ꝗ multitudo numero fit. turba tn̄ in loco. Pōt eniꝫ pauci turbā in angusto facere: ⁊ est turba nomē collectiuū ⁊ pōt recipere ṽbū pluralis numeri ⁊ adiectiuū in plurali numero ⁊ in diuersitate gn̄eris: ⁊ hoc rōne sigatiōis. Vn̄ in. vij. ca. Jo. Sꝫ turba hec que nō nouit legē. maledicti sunt ⁊c.

Turbatio onis in turbo as est.

Turbella le.i.turbatio: ⁊ dicitur a turba Aug. i ll. de ciui. dei. Omnem motum cordis ⁊ salum omnesq̄ turbellas fluctuare asserit: ⁊ produ. bel.

Turben nis in turbo nis est.

Turbidus da dū in turbo bas vide.

Turbo bas dr a turbo bonis. ⁊ est turbare pcipitare: ꝯfūdere. ꝯmiscere. obscurare. vn̄ turbidus da dū. Et ꝯpaṫ. vn̄ hec turbiditas tatis. ⁊ est turbidū de nā turbulētū ṽo fit ⁊ dr turbidus da dū q̄si terbidus.i.terra cōmixtus.s.fece ⁊ est ety. Turbo cōponiṫ vt cōturbo as. disturbo as. deturbo bas: exturbo bas. ꝯturbo bas. pturbo bas. ide pturbat⁹ ta tū. vn̄ a gtō pturbati. addita o fit hec pturbatio. Quare āt pturbatio nō cadat i sapiētē dixi i sapia. returbo bas. Turbo ⁊ ei⁹ cōposita sūt actiua. Itē a turbo bas dr turbido das turbidū facē. ⁊ turbat⁹ ta tū. ⁊ a gtō turbati. addita o fit hec turbatio nis.

Turbo onis mas.ge.cor.penul.gti: dr a terra quod antiqui dicebant hic turben nis.s. vertigo volubilitatis ventoꝝ dict⁹ a terra: q: quotiens talis ventus consurgit terrā in circuitu mittit. vnde turbineus nea neum: ⁊ turbinosus sa sum. De cā huius venti qui dr ventus turbo vide in ventus.

Turbulentus: turba vel turbatio vel turbiditas cōponiṫ cum lentos: ⁊ dr turbulentus ta tū: ⁊ turbulens tis.i.turbidus nō lucidus: ꝗ turbidū de nā. Turbulentū ṽo fit ex accidēti: ⁊ vtrūq̄ cōparaṫ. vn̄ turbulente vel turbulēter aduer. ⁊ hec turbulentia tie: ⁊ turbulento tas.i.turbulentum facere.

Turdela le q̄dā auis quasi maior turdus: ⁊ dr a turdus: cuius turdule stercus viscum generare dicitur fm Hug.

Turdus.a tardus dr hic turdus di quedā auis: q: tarde volet: vel q: tarde se referat.s.in fine autumni. vnde turdinus na num penultima producta.

Turgeo ges si sū gere.i.īflare. tumere. vn̄ turgesco scis ichoa. Turgeo cōponiṫ vt ꝯturgeo ges. deturgeo ges. disturgeo ges. iturgeo ges. pturgeo ges. obturgeo ges. returgeo ges. ⁊ hinc ichoa. ꝯturgesco scis. deturgesco scis ⁊c. Turgeo ⁊ ei⁹ cōposita neu. sūt: ⁊ faciūt ptīi in si. ⁊ supi. in sū. ꝗ pterita ⁊ supina taliū verboꝝ nō sūt in frequenti vsu: vt nouū est.

Turgidulus la lū dimi. aliquātulum turgidus.

Turgidus.a turgeo ges dr turgidus da dū.i.inflatus: tumid⁹. iratus. Et cōparatur. vnde hec turgiditas tatis.

Turgiolum.a turgeo ges dicitur hoc turgiolum li. vas interius grossum ⁊ turgidum. ⁊ cor o.

Turgor goris mas.ge.i.tumor turgiditas. ⁊ dr a turgeo ges.

Turma.a turbo bas dr hec turma me. societas hoim: ⁊ pprie triginta.s.ala. sed ala cōtinet triginta milites: turma triginta pedites. vnde turmatim aduer. sicut a turba turbatum.

Turmella le dimi. parua turma.

Turmula le dimi. parua turma: ⁊ cor. mu.

Turonis ciuitas est. ⁊ cor. penul. sicut ligonis.

Turpeo pes in turpis est.

Turpiloquus.a turpe ⁊ loquor cōponitur turpiloquus qua quum penul. cor.i. turpia loquens. vnde hoc turpiloquiū quij.i. turpis locutio.

Turpilucrū. turpis cōponitur cū lucrum. ⁊ diciṫ turpilucrus

tra crum. i. turpiter lucrum faciens. vnde hoc turpilucrum cri. turpis acquisitio lucri. et cor. lu naturaliter.

T urpis. a turpeo pes dicitur hic et hec turpis et hoc pe. infor-mis. quia torpeat. Et cõparatur. et a dtõ turpi. addita tudo fit hec turpitudo dinis. Item a turpis dicitur turpo pas. i. inq̃nare. turpẽ facere. vnde turpeo pes pui. i. esse vel fieri turpẽ vnde turpesco scis inchoa. Turpo componitur vt deturpo pas. et est turpo actiuum cum oĩbus suis cõpositis.

T urricula le dimi. parua turris.

T urris. a teres dr hec turris huius turris. et dr̃ turres q̃si tere-tes. quia longe sũt. et recte et pcul. rotũde videnť. licet quidam sint q̃drate vel late. vel dr̃ a tueor quia pbent defensionẽ. et desi-nit actũs singularis in em et in im: turrẽ vel turrim: et ablũs in e vel in i turre vel turri: et gtũs pluraľ turriũ. et actũs plu-ralis in es vel in is. turres vel turris. vñ turricus ca cũ: tur-ribus plenus: ad modũ turris dispositus: et pdu. penul. Et scias q̃ turris gregis dicebaľ s̃z Hiero. locus vbi iacob gre-ges suos pauit nomẽ loco inde relinq̃ns Turris ħo custo-dũ dicebaľ vbi custodes positi erãt ad custodiã pdiciarum.

T urritus ta tum in turris est.

T urtur ris a sono nomẽ hz: genus est auis. vñ turturinus na nũ penul. pd. et declinaľ. vt hic turtur ris pmis. ge. penľ. gti cor. et sub vno gñe et vno articulo cõphẽdit aĩalia vtriusq̃ sexus. Põt ergo dici Alba aq̃la et vnus turtur tã p mare q̃ p femina: nec fit restrictio ad masculinũ qũ dr. Unus vel solus turtur: sic cõsueuit fieri in cõi ge. qũ dr Albus ciuis. tñ quidam pnoĩa recipiũt adiectiua ɔtra nãz sui articuli cã di-scernẽdi sexũ. vñ inueniť. Anser erat cuidã precioso germi-ne feta. simiľr dictũ est de turture. Sola volabit. sola sedebit. tñ notabiliores autores his abusionibus nõ vtũtur. De hoc dixi in tertia pte in tractatu de gñe noĩum vbi egi de epi-ceno ge. et est turtur auis pudica. Unde dicit Bern. in. lix. ser-mo. canticor. Turtur cõpare vno contenta est. quo amisso alterũ iã nõ admittit. numerositatẽ in hoĩbus nuptiarũ re-darguẽs. Nã etsi forsitan culpa ppter incontinẽtiã venia-lis est. ipsa tñ tãta incõtinẽtia turpis est. Pudet tñ negociũ honestatis rõnẽ nõ posse in hoĩe qd nã põt in volucre cer-nere. qũ eñi turturẽ tpe sue viduitatis: scẽ viduitatis opus sternue atq̃ infatigabiliľr exeq̃ntẽ videas vbiq̃ singularẽ: vbiq̃ gementẽ audias: nec vnq̃ in viridi ramo residentem inspicias: et tu ab eo discas voluptatũ virentia: imo virulẽ-tia vitare. Adde q̃ in iugis montiũ et sũmitate arbor frequẽ-tior illi ɔuersatio est: et qd vel maxime propositũ pudicitie decet. doceat nos terrena despicere. et amare celestia. Ex q̃-bus colligitur q̃ vox turturis sit et pdicatio castitatis. Ne-q̃ eñi a principio vox ista in terris audita est. s̃z magis illa. Crescite et multiplicamini. et replete terram.

T urturi dicuntur pastores qui fistulis canunt.

T us turis vide in thus aspirato.

T uscia. a tus ris dr hec tuscia cie: quidã ps italie: et frequẽtia turis et sacrorum dicta eadẽ et tyrrhenia a tirreno fratre lid-di. vnde tuscus sca scũ gentile vide in liddia.

T ussicula le dimi. parua tussis.

T ussis a tundo: dis dr hec tussis sis. quia tũdit pectus. vel dr sic a ton. i. ab altitudine: quia a pfũdo pectoris veniat: et definit ab-latiuus in i: vt tussi: et actũs i im tñ. et sũt quinq̃ noĩa latina q̃ fa-ciũt i im tñ actm. vñ vsus. Im tñ faciũt hec q̃rtũ noĩa casũ. Uis buris tissis maguderimq̃ sitis Et tussis dr tussio sis siui sire sitũ. vñ hic tussitus tus: et tussito tas frequẽ. penul. pdu.

T ussitus in tussis est.

T utamen. a tutor taris dr hoc tutamẽ minis. i. tutamẽtum et pdu. penul. noĩatiui: sed cor. penul. genitiui.

T utela. a tueor eris tutus sum dr hec tutela le. i. defensio et est tutela in liberũ caput alicuius q̃ ppter etatẽ nec se nec sua defendere põt. Tutela dabiť liberis. patronus seruis. vnde tutelo las. i. defendere. vñ hec tutelatio onis: et hoc tutelamẽ mi-nis: et hic tutelatus tus: et hic tutelator. i. defensor: et produ. te.

T utelarius. a tutela dr tutelarius ria riũ: dfensorius ptectorius

T uto tas in tutor taris vide.

T utor taris. i. freq̃nter defendere: seruare ħbum freq̃n. et dr a tueor eris tutũ tutu' addita or s̃m modernos. Et componi-tur: vt cõtutor taris. vñ antiq̃ dicebãt ɔtuto tas. vnde in. v. ca. Baruth. Sacerdotes seris hostia tutant. et produ. tu.

T utudi preteritũ de tundo dis: in tundo dis vide.

T utus. a tueor scde cõiugationis descendit tutus ta tũ. vnde dicendum est tutus: detutus: intutus: obtutus. s̃z tuitus de-scendit a tuor eris tertie ɔiugationis. vide in tuitus.

V Acca vacce. a va-cillo las dr hec vacca ce. i. bos quasi vacil-la et debilis respectu tauri vel vacca dr a bos q̃si boacca sicut leo leena: et a draco dracena. vñ vacinus na nũ. et hic vaccarius et hec vaccaria rie custos vaccarũ: et hec vac-ca q̃dã ciuitas hispanie: ab abũdantia vaccarũ ita dicta. vac-ca et dr q̃dã ciuitas in india. vñ vacceus cea ceũ: et hic et hec vaccẽsis et hoc se: et geminat c vacca et oĩa ab eo deriuata.

V acella le dimi. parua vacca.

V acula le dimi. parua vacca.

V acillo. a vaco cas dr vacillo las. i. titubare. instabilẽ esse tre-mulare. labare: trepidare. vnde vacillans participium: et pro-du. va. vnde Ouidius methamor. Spes mea vacillat subti-li pendula filo: vt dicit magister Bene.

V accinia herba coloris purpurei.

V aco cas caui care. esse vel fieri vacuũ. et licet videaľ ad alias sig̃atões. trãsferri. tñ oẽs redolẽt illã. Dr eñi vaco lectioni. i. insisto lectõi et operã do. et vaco a lectõe. i. cesso vel deficio a lectiõe: vaco numis. i. careo: s̃z oẽs iste sig̃atiões redolẽt pmã. Qũ ħo dico vaco lectiõi: idẽ est ac si diceret: vaco ab aliis rebus: et insisto lectõi. vñ vacat impsonale. i. esse vacuũ. vel licitũ eẽ vel oportunũ. vñ Uacat mihi legere. i. oportu-nitatẽ legẽdi habeo: et nõ ipedior ab alio negocio. Uaco cũ suis cõpositis sig̃ hz est neu. et cor. hãc syllabã va. vñ Luca-nus in. v. li. Fata vacent procerũ motus hec cuncta seq̃ntur

V acuefactus in vacuo as est.

V acuna: a vaco cas dr hec vacuna ne: dea vacationis et ocij Hora. Hec tibi dictabam post fanum pulchre vacune.

V acuo as aui are. et s̃m Papi. vacuat. i. inanit: quod intus est aufert. vnde vacuus cua cuũ. i. vanus: ociosus: destitutus: si-ne eo qd habuit: et cor. pmã Oui. De vacue menti quo tuea-tur opus. et cõponitur cum factus: et dicitur vacuefactus ta tum Job. xiiij. Et fluuius vacuefactus arescat.

V adimoniũ nij: in vadium est.

V adio as: in vadium exponitur.

V adiũ. a vas dis dr hoc vadiũ dij: et hoc vadimoniũ nij: in eodem sensu. s. pignus vel fideiussio. vñ vadio as. i. i vado ponere vadiũ vel pignus alicui dare: et cõponiť vt ɔuadio as: inua-dio as. obuadio as. i. ɔ aliũ vadiare: reuadio as. i. repignera-re. a vadio recolligere: subuadio as. i. post vel latẽter vadia-re: et est vadio actiuũ cũ oĩbus suis cõpositis: et cor. va.

V ado das daui dr a vadũ: et est vadare p vadũ transire vel p vadũ ducere: vt Uado istrũ: vel vado equũ: et ɔponiť vt puado das: reuado das. trãsuado das: et est vado neu. cum suis cõpositis p trãsire p vaduz. In alia sig̃atiõe est actiuũ. et cor. va sicut vadũ: s̃z vado dis pmã pdu. vñ versus. Ua-do viã. vado q̃drupedez: vado vadiũ do et vador illud idẽ significare solet. Prima vado lego tertia vado lego.

V ado dis vasi sum vadere. i. ire. vel pgere. Uado cõponiť vt cõuado dis: euado dis euasi. i. extra vadere. effugere. libera-ri: inuado dis inuasi sũ inuadere. i. ipetere: aggredi. arripe-re. puado dis peruasi. i. pfecte vadere. vel per aliud vadere. Uado et eius cõposita sunt neutra. preter inuado qd ẽ acti-uũ. et oĩa faciũt preteritũ in si et supinũ in sum. et pdu. va. vñ Pamphilus. Et modo vadit eques qui solet ire pedes.

V ador. a vas dis deriuaľ vador daris. i. in vadẽ ponere. va-dem dare. vt ego vador illũ tibi. i. do illũ in vadẽ tibi vel vadari. i. vocari ad iudiciũ ad placitũ. vel fideiubere. vel li-tigare: vel polliceri. et erat cõe olim. sed mõ tñ deponẽtale.

⁊ pertinet nõ solũ ad hoĩes. sꝫ ẽt ad aĩalia bruta. vt Vado tibi equũ meũ: ⁊ cõponiẜ vt ↄuador daris: euador daris. i. poscere: flagitare: vel a vaditõe liberare: remouere reuador daris. i. vadẽ recolligere. ⁊ est deponẽ. cũ suis compositis ⁊ cor. va. sicut vas dis. vnde Oui. de reme. Jãq vadatur⁹ leticia prodeat inquit. vide etiam in vado das.

V adulum li dimi. paruum vadum.

V adũ: a vado das: o in uꝫ: sꝫ Pris. dr̃ h̃ vadũ di. locus breuis ⁊ humilis in aqua: q̃ p eũ possit vadi. i. deambulari pedibus: vñ vadosus sa sũ. Et ↄpaẜ: ⁊ lꝫ vado dis: a quo deriuatur pducat p̃mã: tñ vadũ ⁊ vas dis ⁊ vador daris cor. va. vñ Oui. epi. Ad vada menandri concinit albus olor.

V afer: valde cõponitur cum afer: ⁊ dr̃ vafer ra rũ. i. calidus. ingeniosus: versipellis. multiformis. ⁊ dr̃ vafer quasi valde afer idest valde calidus. nam afri valde solent dolosi esse ⁊ fraudulenti. vel vafer componitur a varius ⁊ ferens. inde vafer quasi varia ferens: sicut homo cautus qui loquiẜ varijs modis. Et comparatur. ⁊ corripit va:

V agedaber hebraice. rhitmus grece. numerus latine: est liber numeri. vnde Hiero. in prologo regũ. Quartus inquit vagedaber quẽ numeri vocamus. ⁊ acuitur in fine.

V agetra hebraice dr̃ tertius liber moysi scꝫ leuiticus. vnde dicit Hiero. in plogo regũ. Tertius vagetra. i. leuiticus.

V agina. a baiulo las dr̃ hec vagina ne. theca gladij dicta q̃si bagina. q̃ in eo mucro vel gladius baiulaẜ. vñ hic vaginarius rij. q̃ facit vaginas. ⁊ vagino nas. i. facere vaginas. Et cõponitur cũ e. ⁊ dr̃ euagino nas. i. extraho de vagina. Jteꝫ cũ in. ⁊ dr̃ inuagino nas. i. in vaginã mittere Vagino ⁊ ei⁹ cõposita sunt neu. ⁊ produ. penul. Ouidius methamor. Pẽdenti nitidum vagina diripit ensem.

V agino nas in vagina est.

V agio. a vagus ga gũ dr̃ vagio gis giui vel gij gitũ gire q̃rte ↄiugationis. i. plorare. flere. ⁊ ẽ pprie ifantiũ in cunis adhuc existentiũ. ⁊ inde vagitus tus tui. ipse clamor ifantiũ. ⁊ vagito tas fre. i. freq̃nter vagire. vel violenter. ⁊ pdu. penulti. Vagio neu. est cum suis compositis. ⁊ produ. va. sed vagus eam cor. Tobi. Nos quasi vagitu deficiente loqui. Jtẽ versus. Siluis pasce vagis: in cunis tu petre vagis.

V agito tas. in vago gis vide. ⁊ produ. gi.

V agitus: a vagor geris dr̃ vagi⁹ gia giũ: q̃ genib⁹ iũctis ãbulat

V agor garis gatus sũ gari. i. spaciari: errare: huc illuc discurrere. vñ vagabũdus da dũ: ⁊ vagus ga gũ: q̃ aũt dr̃ vag⁹ q̃si a via actus. ⁊ vagari q̃si a via agi. i. sine via. vel vagari q̃si vagũ agi ery. ẽ. Et cõpaẜ. vñ h̃ vagitas tatis. Vagus cõponiẜ. vt puagus ga gũ. i. valde vagus. Vagor ↄpõiẜ vt ↄuagor garis. diuagor garis. i. valde vl' deorsũ vl' diuersis modis vel in diuersas ptes vagari vel a vagatiõe cessare. Jtẽ euagor. i. extra vagari: extra ire. gyrouagor aris. i. per girũ vagari: puagor garis. Vagor ⁊ eius ↄposita depo. sũt ⁊ cor. va. Vñ Luca. Nobilitas cũ plebe patet lateq̃ vagaẜ. Jteꝫ Aurora. En vagus ⁊ puagus ⁊ maledictus eris.

V agulus. a vagus dr̃ vagulus la lũ dimi. aliquãtulũ vagus vñ hec vagula le dimi. iuuẽca q̃ vagatur p campũ: ⁊ hic vagulus li. anulus. q̃ vagatur in digito: ⁊ cor. gu.

V agurio. a vagor garis dr̃ vagurio ris. i. per ociũ vagari.

V agus ga gũ in vagor ris exponitur.

V ah. q̃nq̃ sigñt gaudiũ: ⁊ est interiectio gaudẽtis Esa. xliiij. ca. Vah calefact⁹ sũ: vidi fociũ. Et Augu. dicit. Qñ delectamur dicimus vah. Jteꝫ q̃nq̃ notat derisionẽ vel increpationẽ Math. xxvij. Vah q̃ destruit tẽplũ dei: ⁊ in triduo illõ reedificat. Et scias q̃ in h non põt syllaba terminari: sꝫ obijcitur in vah ⁊ ah ⁊ oh ⁊ vh: in q̃bus h est finalis lr̃a. Ad h̃ rñdet Pris. in. ij. li. maio. q̃ ibi est apocopa. quum cor̃ perfecta vaha ⁊ aha ⁊ oha ⁊ vha sint. vel dic q̃ interiectiones et hmõi voces abscondita voce solent proferri.

V alde. a validus dicitur valde pro valide. ⁊ per syncopam pfertur sm̃ Priscianum.

V alentulus la lum dimi. aliquantulum validus.

V aleo les lui valitũ. i. vigere: sanũ eẽ vl' posse: ⁊ p̃ciũ denotat ⁊ valeo. i. peo: vel infirmor. Vñ Terẽtius. Valeãt q̃ inter nos dissidia q̃runt: ⁊ hinc inueniẜ q̃ddã v̓bũ defectiuũ q̃d ptinet ad salutationẽ i recessu. s. vale valete valeto valetote. i. valere. q̃d olĩ solebat dici mortuis post pactã sepulturã ob amicis: q̃d erat signũ q̃ nõ debebãt amplius eos videre: ⁊ q̃ tale vale erat signũ doloris ⁊ tristicie ⁊ meroris: inde tractũ ẽ: vt valeo ponaẜ p pire vel i firmari. a valeo les dr̃ valesco scis inchõ. Valeo ↄponiẜ: vt cõualeo les. i. sil' valere: sanari: ad sanitatẽ redire crescerẽ. radicari. vñ ↄualesco scis. eualeo les. i. valde valere. iualeo les. i. valde valere: crescere: abundare. vñ inualesco scis inchoa. pualeo les. i. plus valere: p̃stare. p̃cellere. equaleo les. i. eq̃lr̃ valere. eq̃pollere. parẽ eẽ. Valeo ⁊ ei⁹ ↄposita neu. sũt: ⁊ faciũt pti in ui diuisas ⁊ supi. in itũ: ⁊ cor. hãc syl. va. Oui. de reme. Ut valeas aio q̃cq̃ tolerare negabis. Et in Grecis. dr̃. Accipiẜ valeat p queat ⁊ peat. Qui valet ille p̃t. defectiuũq̃ salutat. De vale ⁊ valete dixi i aueo ues. Et no. q̃ valeo q̃ñ p̃ciũ denotat ↄstruiẜ cũ grõ denotãte p̃ciũ indeterminatũ. vt i digesto Julius ait fundũ tñ valere q̃nti vẽdi p̃t. Et Grego. dicit. Regnũ celor̃ tãti valet q̃ntũ habes ↄstruiẜ ẽt cũ actõ denotãte preciũ indeterminatũ vl' determinatũ. vt in Gen. Terra quã postulas trecẽtos siclos argẽti valet: ↄstruiẜ ẽt cũ ablrõ.

V aletro. a valeo les dicitur hic valetro idest gluto: per cõtrariũ dicitur. vel q̃ parũ valet multũ in leccacitate. ⁊ pdu. penulti. genitiui scꝫ valetronis.

V algia. a voluo uis dr̃ hec valgia gie. quasi voluia idest retorsio. proprie enim labior̃ obtorsio est quã facimus quum aliquẽ deridemus. vnde valgio gis idest retorquere.

V alidus. a valeo les dr̃ valid⁹ da dũ. i. fortis. potẽs. robust⁹. Et ↄpaẜ. vñ valide dius sime aduer. ⁊ sepe pferũẜ p syncopã valdus dior simus: p validus ⁊ validior. ⁊ valde p valide. ⁊ valdius p validius. Jtẽ a validus dr̃ h̃ validitas tatis. ⁊ p ↄpositiõeꝫ inualidus da dũ. i. debilis. fragilis. nõ validus. Et cõparaẜ. vñ h̃ inualiditas tis. ⁊ hec inualitudo dinis. i. debilitas. imbecillitas. infirmitas. ⁊ cor. p̃mã validus Luca. in. vi. li. Adducit inualide robur facundia cause.

V alitudinarius in valitudo est.

V alitudo. a validus dr̃ h̃ valitudo dinis. i. fortitudo. Et nota q̃ valitudo inueniẜ pro ifirmitate. ⁊ ẽ nomẽ tractũ ab illo funebri vale. q̃d dicebaẜ mortuis. de quo dcm̃ est in valeo les. vñ q̃dã dicũt valetudo p e. vñ valitudinarius ria riũ. ⁊ valetudinarius ria riũ q̃ sepe ifirmaẜ vel q̃ sepe pticipat valitudine. ⁊ hoc valitudinariũ. vel valetudinariũ rij. domus in qua curanẜ egroti. ⁊ lꝫ cã orĩe dici posset. in vtraq̃ tñ significatiõe dr̃ cõpetẽter valitudo per i. Et scias q̃ l ante tudo breuiaẜ. vt fortitudo. p̃ter valitudo quasi valetudo.

V alestris in vallis est.

V allis. a vallo las dr̃ h̃ vallis huius lis. q̃ vallata sit montibus. vñ vallosus sa sũ. ⁊ h̃ ⁊ hec vallestris ⁊ h̃ stre. ⁊ p cõpositiõeꝫ hec ↄuallis lis magna vallis. vel valles orĩr vbicunq̃ sunt humilia loca campor̃ ⁊ depressa q̃si vulsa. hinc cõualles depressa loca terrarũ inter mõtes. Et scias q̃ inueniẜ vallis salinarũ. q̃ ibi erant putei salis.

V allo las in vallus est.

V allosus sa sum in vallis est.

V allus. a validus dr̃ h̃ vallus li. i. palus q̃si valid⁹. vñ h̃ vallũ li. ↄcatenatura q̃ fit de palis sup aggereꝫ. vel vallũ ẽ ipse agger. s. id q̃d mole terre erigiẜ vt custodia p̃tẽdaẜ. ⁊ ẽ vallũ iter murũ ⁊ fossã. ⁊ dr̃ a vallis. i. palis q̃b⁹ vallis muniẜ. vñ q̃dã. Vinetis vallus. sꝫ vallũ conuenit vrbi. ⁊ a vallũ dr̃ vallo las. i. circũdare. circũsepire. munire. ⁊ pprie vallo vl' vallis. vñ hec vallatio onis. i. palor̃ circũdatio in villa vel in vrbis obsidione. Vallo cõponiẜ vt conuallo las. circũuallo las. ⁊ est vallo actiuũ cũ oĩbus suis cõpositis.

V alor. a valeo les dr̃ hic valor loris. i. potẽtia: vigor. sanitas.

V alua. a voluo uis dr̃ h̃ valua ue. ⁊ sũt p̃pe value q̃ reuoluũẜ intus. ⁊ sũt duplices ⁊ replicabiles. De h̃ vide in ianua.

V anco nes in vanus exponitur.

V anga. a vagus dicitur hec vanga ge. quoddam genus fos/

fodit. quia vagando fodit.

Vanidicus ca cum penul. cor. i. vana dicens. et componitur a vanus et dico cis ri. et tenet naturam de dixi preterito. quod naturaliter corripit primam.

Vanidus. a vaneo nes dr vanidus da du. i. vanus. et componitur vt euanidus da dum. i. valde vanidus Oui. in. v. metha. Pectora que intentus abeunt euanida riuos.

Vaniloquus. a vanus et loquor componitur vaniloquus qui quasi i. vana loquens. vnde hoc vaniloquium quij. et cor. lo.

Vanito tas penul. cor. i. vanitatem dicere: vel vanitando laudare: et dicitur a vanus.

Vannus ni: instrumentum de vimine factum in modum scuti: cribrum scilicet et est fe. ge. secundum Papiam.

Vanus. a venus dr vanus na num. i. inanis: falsus. vacuus irritus. venereus. quia venerei pape solent esse vani. et opa. vt vanior simus. vnde hec vanitas tatis: et dr vanus quasi vehementer anus. i. vacuus: et est ety. vide de hoc in inanis: et a vanus dr vaneo nes nui. i. esse vel fieri vanum: vel deficere. vnde vanesco scis incho. Vaneo componitur vt euaneo nes: inuaneo nes: et hinc incho. conuanesco scis: euanesco scis. inuanesco scis. Vano. et eius composita sunt neu. et carent sup. et pdu. va. vnde Oui. de fas titulo. Carmine lesa ceres sterilem vanescit in herbam.

Vapidus. a vape dr vapidus da dum. i. insipidus: sine sapore et componitur. vnde hec vapiditas tatis. i. insipiditas: et corri. va et pi.

Vaporo ras raui rare. i. calefacere: vacre: vel vaporem emittere vel vaporando emittere vnde hoc vaporamen nis: et hic et hec vaporabilis et hoc le: et hic vapor poris. i. calor: fumus. vide in tonitrus: et in ventus: et in mons: et in pluuia. A vapor dr vaporus ra rum: et vaporeus rea reum. et vaporosus sa sum. vaporo ras componitur. vt euaporo ras: et est actiuum cum suis compositis. et pdu. po Virg. enei. xi. Succedunt mecum et templum thure vaporant.

Vapa a vapor dr hec vappa pe. vile vinum quod de fece exprimitur vel exinanitio cum aqua. et est fere nullius saporis. vnde hec vappa per sepe dr insipiditas. et vappa dr ardelio. prodigus superflue quasi insipide vel indiscrete dispergit res suas et nullius probitatis est. Et scias quod vappa pdu. a ante pe. sed vapidus ca cor. vnde credo quod sit dicendum vappa per geminum p. et sic positione producitur prima.

Vapulo las laui dr a vapor. et est vapulare idem quod verberari et est verbum neutropassiuum. et significat passionem ab alio illatam. et construitur cum ablatiuo interposita a vel ab vt vapulo a te. i. verberor. Sic et Berta nubit a pre: et hoc vocem actiui et sensum passiui: sicut et veneo: nubo exulo: et pdu. primam vapulo: et scribitur per vnum p. vide in exulo las.

Varica. a varus dr hec varica ce. et hec varix cis. vena interna coxa quasi ledatur: vel itinere vel percussione reddit homines curuum et inflatur: et ex lesione facit poplices et coxas turgescere. a varica vel a varix dr varico cas. vel varicor caris. i. transire vel ambulare. vel [illegible] vel deflectere: et curuare. vel claudicare. et componitur. vt diuarico cas. et diuaricor caris. i. discutere. vel separe. diuersum facere. vel diuersificare. vel diuersis modis varicare. preuarico cas vel potius preuaricor caris. i. transgredi. Item a varix dr varicosus sa sum. i. curuus. et cor. primam varica varix

Varico cas in varica [illegible] penul.

Varius. a via dr varius ria rium: quasi viarius. i. non vnius vie. sed incerte et mixte simul et diuersus. vnde hec varietas tatis: et vario as aui are. i. facere varium. diuersificare. vnde variatim aduer. et hic et hec variabilis et hoc le. vnde variabiliter aduer. et hec variabilitas tis. Vario componitur: vt diuario as. i. diuersis modis variare: et est actiuum cum suis compositis: et cor. va.

Varix cis cor. penul. gti: et est mas. ge. sicut dicit. Pris. quasi in fine quinti libri: et pdu. va. vide etiam in varica.

Varus. a varix dr varus ra rum. i. curuus: et pdu. va.

Vasallus est ille qui tenetur seruitium facere domino occasione feudi Dec Hostiensis.

Vas dis mas. ge. i. obses vel fideiussor. et dr a vado dis: quia de to vade id est abire et vadere. et cor. a. sed dicit vado dis primam produ. Vnde quidam Obside sine vade posito pro ad tua vade

Vas sis neutrum: et est etheroclitum nomen declinatione: quia in singulari numero est tertie declinationis: sed in plurali est secunde. vnde que sunt Vas vasis terre: sed vasa scribe. et dicitur vasa quasi vesca: a vescor sine a vescedo: quia esce in eo ponuntur

Vasco. a vacca dr hic et hec vasco sconis: et vacce. cca ccum. vascones et vaccei quidam populi dicti sunt a vacca ciuitate hispanie: iuxta pirrheneum montes a qua habuerunt principium: vel quam olim possederunt: et dicuntur vascones quasi vaccones et c mutata in s. vnde hec vasconia nie: regio eorum: et hinc vasconius nia nium. et hic et hec vasco onis.

Vasculum li diminu. paruum vas.

Vascus. a vanus dr vascus sca scum. i. vanus: nugatorius.

Vastitas tatis. in vasto stas est.

Vasto stas staui stare. i. destruere. dissipare. diripere. predari spoliari. vnde hic vastator ris: et hec vastatio onis. et vastatorius ria rium: et hic et hec vastabilis et hoc le. et hoc vastamen nis. et pdu. penul. Vasto componitur. vt deuasto stas: puasto stas: et est vasto actiuum cum suis compositis. Item a vasto stas dr vastus sta stum. i. magnus: ingens. profundus. incultus. amplus. desertus. solitarius. Et componitur: vt vastus stior simus. vnde hec vastitas tis. a gto vasti addita tas fit hec vastitas: et addita tudo fit hec vastitudo dinis. i. magnitudo. amplitudo. desertum. solitudo sed vastitas proprie corporis. vastitudo ante solitudo.

Vates. a vieo es dr hic et hec vates huius vatis: sacerdos quisque sic dr poeta: quisque propheta diuinus. et dicebantur vates poete: quia metra ligarent pedibus et syllabis: a verba modis connecterent: et eodem nomine et diuini dicebantur: quia ipsi quoque futura efferebant versibus: vel vates a vimentis dicti sunt. vel a video des quia futura videbant: et pdu. va. Oui. de reme. Parce tuum vatem sceleris damnare cupido. Quidam dicunt quod vates dr a vas vasis et theos. quasi vas dei. vel vas diuinum. vnde sacerdos dr vates: quia continent deum per sanctimoniam. Item diuini et prophete dicuntur vates quia continere videntur deum per futurorum prescientiam. sed potius est ethymo. vates quasi vas dei que compositio.

Vaticanus. a vates et cano nis componitur vaticanus na num. idest propheticus. et tunc cor. penul. vnde inuenitur hic vaticanus ni per quodam monte vbi nutritus fuit iupiter. et pdu. ca.

Vaticinor. a vates et cano nis componitur vaticinor naris vaticinari. i. diuinare prophetare. vnde hoc vaticinium nij. i. diuinatio prophetatio. et hic vaticinus ni. deus paganorum. Item vt dicit quidam a vates et cano potest componi vaticinus na num. i. propheticus. Vaticinor deponentale est: et cor. ti.

Vaticinus in vaticinor est.

Vatidicus. a vates et dico cis ri componitur vatidicus ca cum penul. cor. i. propheticus diuinator.

Vau nomen est cuiusdam elementi apud grecos et hebreos scilicet consonantis. Item est aduerbium admirantis vel irrantis.

V ante B

Vber. ab vua dr hoc vber vberis. i. mamma. et habet totum in singulari et in plurali. et dicitur quasi vuera: quia vuida sunt et humore lactis in modum vuarum plena: et pdu. u Oui. de arte in. i. lib. Fertilior seges est alieno semper in agro Vicinumque pecus grandius vber habet. Et in cancio dr. Meliora sunt vbera tua vino: et inde hec vber ris. i. abundantia: fertilitas. et hic et hec vber vberis com ge. in declinatione. sed ois in constructione. et desinit ablatiuus in e et tamen sed quisque per autoritatem finiat ablatiuum in i. et potest poni cum mas. et fe. et neu. generibus satis proprie. et sic dicunt et paup. sed non in omni sua terminatione quia qualitas acti desinens in em: et forma pluralium casuum in eo nullo modo possunt neu. ge. adaptari. vnde nihil est habeo vber pecus vel vberes pecora. vnde versus. Re vel res neutrum fugiunt. sed cetera sumunt. De hoc dixi in tertia pte vbi egi de ol ge. et est idem vber quod abundans. Vnde Lu. ca. xij. Dolo cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. Et comparatur. vt vber rior rimus. vnde vberiter rius rime aduer. et a nto addita tas fit hec vbertas tatis. i. abundantia. Item ab vber pro vbertate. dr vberosus sa sum. i. abundans. Et comparatur vnde hec vberositas tatis. Item ab vber dicitur vbertus ta tum. i. fructuosus. abundans. Et componitur. vnde vbertim aduer. i. abundanter. et vberto tas. i. abundare. Item ab vber dr vbero ras. i. abundare. Et componitur. vt exubero ras. i. valde vberare

re. supabundare. vnde exuberans tis oīs ge. et cōpaē. vnde exbueranter tius tissime aduer. ⁊ hec exuberantia tie. i. abūdantia: affluentia. inubero ras. i. valde vberare: ⁊ est vbero neutrū cum suis compositis. Jtē vbero ras potest deriuari ab vber p mamma: ⁊ tunc vberare. i. lactare ⁊ inde exuberare. i. ab vbere segregare: et inubero ras. i. lactare: ⁊ fꝫ hoc vbero est actiuū cū suis cōpositis. Jtem ab vber p mamma cōponiē h ⁊ hec exuberis ⁊ hoc re: ⁊ sububeris re: exuberes dicuntur infantes qui extracti sunt ab vbere: sububeres vō qui adhuc sunt sub vbere.

V bero ras: in vber vide.

V bertuosus: ab vbero ras ōr vbertuosus sa sū. i. fertilis vbertate plenus. vnde Josephus Dūꝫ placuisset isaac vt iret in egyptū vbertuosam valde puinciā. Et cōparatur. Potest etiā deriuari vbertuosus ab vber p vbertate.

V bertas ta tum in vber vide.

V bi est aduer. loci ⁊ iterrogādi. ⁊ sigt ⁊ iterrogat in loco Jtē est aduer. tpis: vt vbi. i. postq̄ꝫ vel qn̄. Jtē ē aduer. q̄litatis vt vbi. i. q̄lr. et q̄titatis: vt vbi. i. q̄ntū ⁊ silitudinis: vt vbi. i. sicut. Est ēt qn̄qꝫ aduer. increpātis vel admirantis: vt in Genesi Adā vbi es: q̄si dicat in q̄nta miseria ⁊ in q̄nta angustia es. Miser q̄d fecisti: inquantū pctm̄ incidit: Bene eni sciebat deus vbi esset: sꝫ q̄si admirādo increpat eū q̄ i tātū pctm̄ delapsus erat: ⁊ vt dicit. Greg. in. xxx. moral. Serpens vō iā nō reqriē: qꝛ nec eius pniā q̄rebaē. Di aūt quoꝝ pniā q̄sita est scutū neq̄ssime defensiōis ɔtra iustissime correctiōis v̄ba ptēderūt. vn̄ nūc vsqꝫ in vsuꝫ peccantiū trahiē: vt culpa cū arguiē defēdaē: ⁊ vn̄ finiri reatus debuit inde cumuleē: vide in excuso. Jtē diē. Greg. in. ij. moral. exponēs illud. Job. Sathan vn̄ venis. Quid est: p venientibus angelis electis. neq̄q̄ꝫ ōr venitis: Sathā vō vn̄ veniat pcōtaē. Nō eni reqrimus vtiqꝫ nisi q̄ nescim⁹ nescire aūt dei reprobare est: sicut nescire mētiri vir verax ōr q̄ labi p mēdaciū dedignaē: nō q̄ si mētiri velit nesciat: sꝫ q̄ falsa loq̄ veritatis amore ɔtēnat. Quid est ḡ q̄ ad sathan vn̄ venis ōr: nisi vias illius q̄si incognitas reprobare. Ueritatis ergo lumē tenebras q̄s reprobat ignorat ⁊ Sathane itinera dum q̄si iudicās dānat: dignū est vt q̄si nesciēs reqrat: hic est q̄ Ade peccanti ɔdictoris voce ōr. Ubi es: neqꝫ eni diuina potētia nesciebat post culpā seruus ad q̄ latibula trāsfugerat sꝫ qꝛ in culpa vidit lapsū iā sub pctō velut ab oculis veritatis abscōditū qꝛ tenebras erroris eius nō approbat q̄si vbi sit pctōr ignorat: eūqꝫ vocat ⁊ reqrit dicēs. Adā vbi es: p h q̄ vocat signū dat: qꝛ ad pniam reuocat: p h q̄ reqrit apte insinuat: qꝛ pctōres iure dānādos ignorat. Sathan ḡ dn̄s nō vocat: sꝫ tn̄ reqrit dicēs. Unde venis: qꝛ nimiruꝫ deus apostatā spm̄ ad pniaꝫ nequaq̄ꝫ reuocat: sꝫ vias supbie ei⁹ nesciēs dānat. Igiē dū sathā de itinere suo discutiē electi angeli requirendi vn̄ veniāt non sūt: qꝛ coꝝ vie tanto deo note sunt quāto ipso auctore pagūē. Dūqꝫ soli eius voluntati in seruiūt ⁊ incognite esse nequeūt q̄ p approbationis oculū ex ipso sp aū ipm̄ fiūt. vide in pena: ⁊ sathanas. Et scias q̄ vbi recipit. xj. interpositōes ⁊ syllabicas adiectiones: vt sicubi: necubi: alicubi: nūcubi: ecubi: ex en ⁊ vbi cōpositū vbiqꝫ vbiubi: vbiuis: vbilibet: vbicunqꝫ. vbinā. Inueniūē etiā quedā alia que videē ɔposita ab vbi. vt abubi astubi: postubi. sꝫ potius sūt q̄daꝫ irregulares vocū cōgeries. ⁊ fūguntē loco vnius dictōis aliqn̄ sicut dixi in. ij. pte vbi determinaui de accentu aduerbioꝝ in ca. de cōposit] ab vbi. Jtē vbi tam simplex q̄ꝫ composita eius pñt exigere gtm̄ ex vi distributionis: vt vbiqꝫ locoꝝ. i. in quolibet locoꝝ: ⁊ vbi locoꝝ. i. in quo locoꝝ: silr ⁊ vbiuis locoꝝ vbicūqꝫ locoꝝ: vel gētiū. Uel dic q̄ qū ōr vbiqꝫ locoꝝ vel terrarū. i. in quolꝫ locoꝝ. illi gti regūē ex nā pditionis: ⁊ cor. primā vbi. vnde Ouī. epi. Jura fides vbi sūt cōmissaqꝫ dextera dextre. Jtē nota q̄ in pdictis qn̄ vbi postponiē tūc est ɔpositio vt sicubi alicubi: vel qn̄ geminaē: vt vbiubi. Sꝫ qn̄ vbi pponitur tūc est syllabica adiectio q̄ aduenit post. sicut accidēs substātie. vt vbiuis. vbicūqꝫ vbiqꝫ. ⁊ tūc penul. acuit. vt dixi in secūda pte in impedimētis enclesis. sꝫ penul. fit enclesis.

U ante D

V do das. i. balneo: malefacio. ⁊ pdu. p̊mā. vn̄. Phisiologus
Qui quum nos vdat sumpta venena fugat.

V dus da dū. i. madidus da dū: aliquantulū humidus.

U ante E

V e aduer. dolētis: vel execrātis vel maledicētis. vt. Ue illi p quē scādalū venit. Jtē ve. i. sine. vn̄ p cōpositionē vesanus fm̄ Hu. Jtē scias q̄ ve est ɔiūctio encleticā: ⁊ p vel poniē. 231

V ecors. cor cōponiē cuꝫ ve. ⁊ ōr vecors dis ge. ois. i. demēs furiosus: q̄si ve habens in corde. vel cōponitur a ve fm̄ q̄ sigt sine q̄si sine corde: vel a vebo his. qꝛ vehaē a corde ⁊ a ppria voluntate. ⁊ a dtō vecordi: addita a fit hec vecordia die: ⁊ addita ter fit vecordiē aduer. Inueniē etiā h ⁊ h vecordis ⁊ h de. Uecordia aūt est amentia. alienatio mentis.

V ectatoriuꝫ. a vecto ctas diciē hoc vectatoriū rij. instrumētū quo aliquid portaē.

V ecticularius. a vectus diciē vecticularius ria riū. vectes faciens: vel ad vectes pertinens. Uecticularius etiā diciē rapinosus sicut dicimus aliquē veticulariā vitam agere: qui furtis ⁊ rapinis intendit.

V eticulus li dimi. paruus vectis.

V ectigal. a vebo his ōr hoc vectigal lis penul. pdu. taꝫ nti q̄ gti. i. tributū: sed vectigal ōr illud tributū qō vehitur ab illo qui dat ad domū recipiētis: sꝫ tributū qō daē nūcijs recipiētis missis ad illud recipiēdū. vel vectigal est tributuꝫ de rebus vectis vl̄ p mare vel p terrā. vn̄ hic ⁊ hec vectigalis ⁊ h le tributarius qui soluit vectigal. vel q̄ dat et portat ad curiē dn̄i vel ptinens ad vectigal.

V ectis a vebo his ōr hic vectis huius vectis: illud ferruꝫ qō in firmatura hostij vehitur huc ⁊ illuc cā serandi vl̄ reserādi. Propha. Uectes ferreos confregit. ⁊ facit actūs pluralis hos vectes vel vectis. Jtē vectis appellaē diabolus metaphorice. Esa. xxij. ca. Serpētē vecten ⁊c̄. qꝛ durus est fortis rigidus. ⁊ inflexibilis ad modū vectis.

V ectito tas penul. cor. in vecto est.

V ecto. a vebo his xi ctū. u in o ōr vecto ctas ctaui tū ta verbū freqn̄. i. freq̄nē vl̄ sepe vehere. Ide vectito tas aliō freqn̄. ⁊ formaē ab vlti. sup. vectatu a mutata i i cor. ⁊ u i o vt vectatu vectito. Uehoꝛ ɔponiē. vt aduebo his uexi ctū. ide ad uecto ctas frequē. ⁊ sic de alijs ɔsilibus vide in vebo his.

V ector toris mas. ge. q̄ vehit. i. portitor: a vebo his xi vectū. u in o fit vector.

V ectura. a vebo his ōr h vectura. i. naulū preciū qō datur p portatura. vn̄ vecturarius ria riū: q̄ dat aliq̄d ad vecturam vel qui portat aliq̄d p vectura. vel ad vecturā ptinens.

V egeto. a vegetus ōr vegeto tas taui tare. i. viuificare. sustētare. tegere aliquāvim ⁊ altitudinē ɔferre. vn̄ h ⁊ h vegetabilis ⁊ hoc le. ⁊ hec vegetatio onis. Et est actiuū vegeto cū oībus suis cōpositis sicq̄ hꝫ. ⁊ cor. ge.

V egetus. a vigeo ges ōr vegetus ta tū. i. fortis adultus. viuidus validus firmus. agilis. vigilans. integer. incorruptus.

V eba. a vebo his diciē hec veha be. quoddaꝫ genus currī.

V ehemēs. ve cōponitur cū mens ⁊ habeo. ⁊ ōr vehemens tis ois ge. i. furiosus. q̄si ve hn̄s in mēte vel cōponitur a ve q̄ est sine ⁊ mens tis. ⁊ tn̄ vehemēs q̄si sine mēte. vel cōponiē a vebo his ⁊ mēs q̄si q̄ vehiē a mēte: ⁊ qn̄qꝫ vehemēs ōr fortis. vn̄ dicimus aliquē vehementē hre cām qū hꝫ fortiorē ⁊ cōparatur vehemēs tior simus. vn̄ vehemēter tius sime aduer. ⁊ hec vehemētia tie. i. animi demētia. vel pōt dici vehemens q̄si ve adimēs. i. auferēs ve. i. maluꝫ vel dolorem a mēte. et est etymoē. ⁊ cor. hāc syllabaꝫ he.

V ehiculuꝫ. a vebo his ōr hoc vehiculū li. oē genus currus: ⁊ q̄cq̄d vtile est ad portandū. vt currus. nauis vel iumētum quodcūqꝫ qō portare potest.

Vebo his vexi ctū. Nā fꝫ Prisē. desinētia i ho aspiratū mutāt ho in xi ⁊ faciūt ptm̄ vt traho traxi. vebo vexi. ⁊ sup. xi mu

tatu in ctū. vt traxi tractū. vexi vectū. Et est vehere portare
vel mouere vel ducere. Ueho cōponitur vt aduebo his xi
ctū aduehere. i. vehere ad. vñ aduectitius cia ciū: ꝛ aduecto
ctas. fre. Itē veho bis. i. asporto. cōueho bis xi ctū. i. sil' ve
herē. vñ cōuecto ctas fre. circūueho bis xi ctū. vñ cōuecto ctas
fre. deueho bis xi ctū. i. deorsuz vel de vno loco ad aliuz ve
here. vñ deuecto ctas freqñ. eueho bis xi ctū. i. extra vehere
re. extollere: vñ euecto ctas fre. inueho bis xi. i. cōtra vel in
tro vehere. vñ dr. Iste inuehit in illū. i. vitupat illū ꝛ rephē
dit. Differūt tñ: qꝛ ꝓprie vitupare est malefactū alicuius io
cose narrare. qd facit Horati. in odis. Rephēdere est male
factū alicuius sub spē correctiōis enarare: qd facit Hora. i
smo. Sz inuehere ē malefcā alicuius maligno aīe ꝛ lingua
retractatoria repsitore: qd Hora. videt̄ facere in epodo. sed
nō facit. vñ inuectiuus ua uū. i. detractatorius: malignus: ꝛ
hoc inuectiuū: ꝛ hec inuectiua ue. ꝛ inuecto ctas freqñ. pue
ho his ꝓueho his uexi uectū. i. ꝓcul vel ante vehere: ꝓ mo
uere: extollere. vnde ꝓuecto tas. reueho bis xi ctū: subueho
his xi ctū. i. subt' vel sursuz portare. vñ subuecto tas freqñ.
Ueho ꝛ eius cōposita sūt actiua: ꝛ faciūt ptm̄ in xi ꝛ supi. in
ctum. Inuehor tamen inuenit̄ in deponentī genere.

V el aliqñ est cōiunctio disiūctiua: vt qñ ponitur inter duo q̄
nō pñt sil' eē vera: vt hō est aīal rōnale vel irrōnale. Aliqñ
est subdisiūctiua: vt qñ ponitur inter duo q̄ sūt sil' vera: vt
amauerūt vel amauere. Aliqñ etiā ponitur pro saltem.

V elaber in velabrum est. ꝛ cor. la naturaliter.

V elabrū. a velo las dr velabꝛ bri: vas in quo oleū cōtundit̄:
vel in quo frumētuz purgat̄. Itē velabrū dr qd velis tran
sit: vel locus Rome ita dict': vbi obsonia vendebāt vl' illō
quo pastilli vel hmōi cibaria velātur. Hora. Cum scurris
fartor cū velabro oē macelluz. Et inde velaber bri venditor
minutaꝝ reꝝ comestibiliuz in tali loco: vel qui eas velat.

V elarium rij in velum est.

V eles. a velo las dr hic veles velitis. ꝛ dñr velites pe. cor. ex
pediti milites vel pedites leui armatura armati: q̄ prelium
incipiunt. ꝛ dñr a volando q̄si volites: vel a velocitate: vel
a veluz propter celeritatez. vnde hic ꝛ hec velitaris ꝛ hoc re:
ꝛ velitarius ria rium: ꝛ velitor taris: ad moduz velitum pu
gnare: vel prelium incipere. ꝛ ponitur simpliciter ꝓ pugna
re vel certare vel altercari.

V elifer ra rū pe. cor. vel a ferēs ex velū ꝛ fero fers cōponitur.

V elificor. a velum ꝛ facio cōponit̄ velificor caris. i. velis tē
sis nauigare: vel vela facere: vel erigere. vel velum paruum
facere. ꝛ cor. fi. Inuenitur etiam velico cas.

V elitor taris in veles est.

V elinolus. a veluz ꝛ volo las cōponit̄ velinolus la lū qd velis
volat: vt nauis. vel ꝑ qd velis volatur vt mare. ꝛ cor. vo.

V ellerosus sa sum. i. vellere plenus: a vellus dicitur.

V ellico cas caui care. i. sūmatī vel paulatī vel apparēter vel
lere. vñ vellicās ois ge. Amos. vij. Sz armētarius ego suz
vellicās sicomoros. ꝛ cor. li. ꝛ est ꝟbū appīriuū. Et format̄
vellico a vellis scda ꝑsona de vello lis is mutata in i cor. ꝛ
addita co. vt vello lis vellico. i. appeto: vel video vellere: sic
albico cas. i. appeto albere. Et scias ꝙ vellito tas ꝑ t scriptū
est ꝟbū freqñ. sz vellico cas ꝑ c nō pōt eē ꝟbū freqñ. qꝛ nul
lū ꝟbū freqñ. desinit in co: sz desinit i to vel in so. vel in xo.
Preterea dicit Pris. in. viij. li. Uerba hmōi desinētia in co:
vt vellico cas. albico cas. nutrico cas ponūt aliā spēz a fre.
vñ videas ne decipiaris in orthographia istoꝝ ꝟboꝝ: qꝛ
vellito ꝑ t est fre. sz vellico ꝑ c nō ē fre. sz vt tetigi ē alia spēs
a freqñtatiua. vt pz ꝑ Pris. in. viij. vñ vellicans tis ꝑticipiū
ois ge. ꝛ vellicatio onis. ꝛ vellicito tas frequentatiuum.

V ellito tas fre. i. freqñter vellere. Uide etiam in vellico.

V ello lis velli vel vulsi vulsuz vellere. i. eradicare: carpe. Uel
lo cōponitur. vt auello lis. i. remouere. longe vellendo abse
tare. aduello lis ad se vel valde vellere. cōuello lis: circūuel
lo lis. diuello lis: euello lis: obuello lis: ꝑuello lis: prouello
lis: reuello lis: subuello lis: transuello lis. Uello ꝛ eius com
posita sunt actiua. ꝛ faciunt ptm̄ in velli ꝛ vulsi: sed vulsi in

frequentiori vsu est: ꝛ supinū in sum.

V ellus leris ge. neu. dr ipsum corium ouis vel arietis cum pi
lis. ꝛ dr a vello lis: qꝛ olim lane vellerentur ꝛ nō cōdebātur
ꝛ ipsa etiā lana vel floccus lane dr vellus ꝛ cor. le.

V elo. a velū nauis dr velo las laui lare. i. tegere. coopire. obū
brare. vnde hoc velamē nis. ꝛ hoc velamētum ti. ꝛ hoc veluz li
monachoꝝ. Uelo cōponitur. vt aduelo las. i. valde velare.
abuelo las. i. discoopire. cōuelo las: deuelo las. i. valde vela
re: vel discoperire. inuelo las. obuelo las. i. obtegere. reuelo
las. i. detegere. aperire vel manifestare. Uelo ꝛ eius compo
sita sunt actiua. ꝛ produ. ve. Uirgi. in Enei. v. Cetera popu
lea velatur fronte iuuentus.

V elox. a velum dr velox locis ois ge. Et cōparatur. vnde hec
velocitas. ꝛ proprie velocum.

V elū. a velo las dr hoc velū li. qꝛ q̄si ala volātis extēditur ꝛ na
uē volare facit. vnde volare ꝛ nare reciproca sūt. i. reciproce
vnū ponit̄ pro alio: qꝛ nauis vr̄ hr̄e alas in remis ꝛ velis.
ꝛ auis videt̄ hr̄e q̄si remos ꝛ vela in alis. Itez inuenitur hoc
veluz li pro eo qd ponitur sup capita monachoruz. ꝛ qd in
ecclesia vel in tēplis: vel etiaz in alijs domibus extenditur
ꝛ tūc dr a velo las o mutata in um: dicta sic qꝛ obiectu suo
interiora domoꝝ velet. Unde Pris. i. iiij. li. de denoiatiuis
dicit. ꝙ q̄dā denoiatiua a verbis deriuātur o in um cōuertē
tia. vt vado vadū. velo velū. ꝛ ꝓdu. primā velū. ꝛ velis nu
meri pluralis casus ablatiui. sz velis verbū cor. ve. vñ ver
sus. Si trāsire velis maris vndas vtere velis. Itē a velum
dr hoc ꝛ hec velaris ꝛ hoc re. ꝛ velarius ria riū ad velū ꝑtinēs.
ꝛ hoc velare ris. ꝛ hoc velariū rij. i. velū vel locus velo vmbrat'
vnde sic dicebat̄ q̄dā locus in theatro ad quē recipiebātur
pueri post ludos. qꝛ velum ante penderet vt esset secretus.
Iuuenalis. Et regios pueros inde ad velaria raptos.

V elut in veluti exponitur.

V eluti. a vel ꝛ vti cōiūctiōe cōponitur veluti. i. quēadmoduz
quō: sicut. fm Pap. ꝛ cor. penl. Uirg. Enei. ix. At veluti ple
no lupus insidiat̄ ouili. Et inde ꝑ apocapā fit velut aduer.
similitudinis. i. sicut. quasi ꝛ est t finalis littera non d.

V ena. a venio nis dr hec vena ne qꝛ ꝑ eā sanguis veniat ad cor
vel vena dr q̄si viena ne. qꝛ ē via sanguis. vñ dic̄ Isi. Uene
dicte sunt eo ꝙ vie sūt natantis sanguis siue riui ꝑ corpus
oē diuisi: q̄bus vniuersa mēbra irrigātur. A vena dr venos
sus sa sum. i. venis plenus. Et aliqñ ponitur pro turpis. qꝛ
in macilēto vena turpiter apparet. Et cōpat̄ venosus sior ssi
mus. ꝛ ꝓdu. ve. vena. sz veniēs verbū cor. ve. vnde versus.
Dic puer vnde venis. quo pergis turgide venis.

V enabulū. a venor naris dr hec venabulum li qꝛ venatui sit
habile. vel qꝛ venientē aprum excipiat. Item a venor dr hic
ꝛ hec venabilis ꝛ hoc le. ad venāduz habile. vel plausibile.
ꝛ cor. penul. venabulum ꝛ venabilis.

V enalis. a venū dr hic ꝛ hec venalis ꝛ hoc le res q̄ vēdit̄ vl' vēdi
tiōi exponit̄. Hora. in li. epi. Laudat venales q̄ vult exclude
re merces. vñ venaliter aduer. ꝛ hec venalitas tatis.

V enaticus ca cum in venor est.

V enator. a venor naris natu: u in or sit hic venator toris qui be
stias venatur ꝛ insequitur.

V endico cas. a vindico cas dr vēdico cas. i. acq̄rere ꝟbū acti
uū cū suis cōpositis sicq̄ hz. sz vindico. i. vlciscor. ꝛ cor. di.

V endito tas. i. vendere cupio: freqñter vendo fm Papiam.

V endo. a venū supi. ꝛ do das cōponitur vendo dis didi ditū
tu. vnde hic venditor toris. ꝛ venditus ta tuz penul. cor. De
venditione illicita habes in emo.

V enefex. a venefico dr hic ꝛ hec ꝛ hoc venefex cis miscens ꝛ
faciens venenum. ꝛ ꝓdu. ne. sz cor. fi. Inuenitur etiam vene
ficus ca cum in eodem sensu. Uide in venefico.

V eneficina. a venefex cis dr hec veneficina ne locus vbi vene
ficia exercentur ꝛ produ. ci.

V enefico. a venenū ꝛ facio cōponit̄ venefico cas. i. venenum
facere. vñ veneficus ca cū pe. cor. i. miscēs ꝛ faciēs venenū.
ꝛ hic ꝛ hec venefex cis i eodē sēsu. Propha. Et venefici. vel sz
aliā lraz. Et veneficis icātātis sapiēter. vñ hoc veneficiū cij ta

le maleficium. ⁊ pdu. pdicta e an f: qr venenū pdu. ne.

Venenarius ria riū in venenum est.

Veneno nas in venenum est.

Venenū. a vena dr h venenū ni: qr p venas eat. nō eī nocere pōt nisi sanguinē tetigerit. Dē vō venenū frigidū ē. ⁊ iō aia q ignea in sanguie est fugit venenū. ⁊ dr venenū qsi venas necās. ⁊ est ety. vn venenosus sa sum. i. veneno plenus. Et cōpatur. vn hec venenositas tatis. ⁊ veneno nas. i. intoxicare venenū facere: vl veneno inficere. vn venenat⁹ ta tū. ⁊ venenarius ria riū q facit venenū. Uenenatū est in quo mixtū est venenū: vt potio. Uenenosum vō in quo natū est: vt herba serpens. Uenenaria mulier q facit venenū. Ueneno cōponitur vt cōueneno nas deueneno nas. i. valde venenare. vel venenū auferre eueneno nas in eodē sensu iueneno nas. Ueneno actiuū est cū oibus suis cōpositis. ⁊ pdu. ne.

Veneo nis niui vel nii p syncopā venū venire. i. vēdi. Un ad Cori. dicit Aplus in. j. epi. ca. x. Dē qd in macello venit. i. vēdit māducate. ⁊ est verbū neutro passiuū: sic ⁊ vapulo: exulo: ⁊ nubo: qr hz vocē neutri sigationē passiui: vt veneo a te. i. vendor. ⁊ cōponitur ex venū ⁊ eo ⁊ pdu. pmā sicut venū. sz venio nis cor. ve i pmā. Un qdā: Letus scurra venit sua cautio si bn venit. Idē. Cur miser iste venit: nisi nūmis feminia venit. Et vt dicit Pris. in. x. li. Ueneo sz analogiā venitū deberet facē supi. pro quo venū magis in vsu est. Hoc dicit Pris. qr sup. debēt formari a ptō veniui ui mutata in tū: sic audiui ditū. facit ēt ptm veniui qr descēdit ab h vbo eo is iui. Sz h sic qro. Ab h vbo veneo descēdit h supinū venū vt dicit Pris. g vbū est nālr pus suo supino g venū non est de cōponētibus huius vbi veneo. ⁊ ita veneo est figure simplicis: qr nō hz ex qbus cōponat: Ad h dico q veneo est cōpositū ex venū ⁊ eo. sz nō ex venū iqntū ē supinū Inuenit ēt venū ois ge. indecli. vt hec res est venū. i. venalis. ⁊ ita est de cōponētib⁹ illi⁹ vbi. Itē venū ē sup. eiusdē verbi: vt frumētū mittit venū. i. ad vendēdū. ⁊ sic venū est figure decōposite: sz i pma acceptiōe ē figure simplicis. Idē ɔtingit in h noie semis nā semis ois ge. ⁊ indecli. est figure simplicis. i. dimidius sz h semis hui⁹ semissis. i. medietas assis: est figure cōposite. Inuenitur etiā hoc venū ni. i. venale vel venditio vnde Ambro. Ueno ⁊ empto viuitur.

Veneripeta. a venus ⁊ peto componitur veneripeta te penul. cor. i. luxuriosus vel luxuriosa qsi venerem petens

Venerius ria rium: ⁊ etiam p e venereus rea reum inuenitur. i. luxuriosus. ⁊ dicitur a venus.

Veneror. a venus dr veneror raris vbū cōe. i. adorare vl adorari: honorare vl honorari: decorare vl decorari cū veneratiōe qr pp pulchritudinē fit sepe veneratio. vn venerādus da dū: ⁊ h ⁊ h venerabilis ⁊ h le. vn venerabilr aduer. ⁊ h venerabilitas tatis. Et cōparat. Ueneror cū suis cōpositis siqua habet cōmune est. ⁊ cor. penul. vt patet in illo versu. Quē veneror decoro quez pulchrū reddo decoro.

Venet⁹ fuit qdā rex q ɔdidit ciuitatē quā ex suo noie venetiā appellauit. ⁊ pōt declinari h venetia venetie. vel he venetie venetiarū. vn venetus ta tū patriū penul. cor.

Venia. a venio nis dr h venia nie. ⁊ si pcedat ptm idē est qd indulgētia. si nō pcedit ptm idē est qd licētia. Un Hora. Scim⁹ ⁊ hāc veniā petimusqz damusqz vicissiz. Itē eccle. xxv. Nec des mulieri nequaqz veniā prodeuidi. i. licētiā vl libertatē. ⁊ dr a venio qr venia venit a libertate dantis.

